# Caroli Linnæi

Med. et Botan. Profess. Upsal.

# FLORA SVECICA

*Exhibens*

*PLANTAS*

Per

Regnum Sveciæ Crescentes,

*SYSTEMATICE*

*Cum*

Differentiis Specierum
Synonymis Autorum
Nominibus Incolarum
Solo Locorum
Usu Pharmacopæorum.

*STOCKHOLMIÆ*

Sumtu & literis LAURENTII SALVII

1745.

*S:æ R:æ M:tis*

SUMMÆ FIDEI VIRO,

ILLUSTRISSIMO ET EXCELLENTISSIMO

COMITI ac DOMINO,

DOMINO

# CAROLO GYLLENBORG,

*REGIS REGNIQVE SVECIÆ*

SENATORI,

*REGIÆ CANCELLARIÆ*

PRÆSIDI,

*ACADEMIÆ UPSALIENSIS*

CANCELLARIO,

*Domino ſuo Gratioſiſſimo,*

*D. D. D.*

PLANTAS *haſce patrias, quas in gratiam ſtudioſæ, ad Academiam Upſalienſem, juventutis collegi, Tibi,* EXCELLENTISSIME COMES, *potiſſimum debitas ſubmiſſe offero.*

*Tua enim cura, Tuoque ſub auſpicio Studium Botanicum in Academia Upſalienſi ita hodie viget, ut vix umquam hic locorum pulcrius effloruerit. Te quoque Autore & Svaſore* SERENISSIMUS REX *noſter Profeſſionem mihi, qua fungor, Medicam & Botanicam concredidit. Demum & Tibi,* ILLUSTRISSIME CANCELLARIE, *neceſſe eſt rationes reddamus Profeſſores Upſalienſes, quo ardore ſcientias colamus easque diſcipulis noſtris proponamus. Vivas quam diutiſſime ſoſpes & incolumis.*

ILLUSTRISSIMÆ EXCELLENTIÆ TUÆ

Dabam Upſaliæ 1745.
d. 10 Auguſti.

*Submiſſiſſimus cultor*
CAROLUS LINNÆUS.

# PRÆFATIO.

FLORA SVECICA inter Europæas, facile omnes, Regnum tenet maxime boreale, extenſum per veterum Scandinaviam, in qua hodie SUECIA, GOTHIA & NORLANDIA ſitæ ſunt. Longitudo peninſulæ hujus ab ultimo Europæ angulo ſeptentrionali Nordcap, auſtrum verſus ad ejusdem ultimum apicem Yſtadium, e regione Germaniæ, ultra 200 milliaria Suecica porrigitur. Latitudo ejusdem ab Atlantico mari & Norvegiæ confiniis, ad Balthici maris inſulas & Finlandiam usque patet. Ex ſitu igitur hocce boreali, licet Floræ noſtræ regnum gelu & pruinis maxima anni parte vexetur, & vix quidquam viride proferre poſſe videatur, pro cœlo tamen & ſolo diverſo, diverſas easque numeroſiſſimas alit plantas.

ALPES *Lapponicas*, quæ ab occidentali & ſeptentrionali latere Norvegiam a Suecia diſtinguunt, eædem inhabitant plantæ, quæ in aliis, licet remotiſſimis alpibus Helveticis, Pyrenaicis, Scoticis &c. leguntur, uti

Betula 777.
Salix 800. 799. 801. 809.
Diapenſia 172.
Andromeda 336. 337. 338.
Arbutus 340.
Azalea 170. 171.
Dryas 425.
Alchemilla 136.
Saxifraga 351. 352. 354. 355. 356. 357. 359.
Silene 365. 368.
Ranunculus 461. 464. 465.
Pedicularis 507. 508. 509.
Hieracium 632.
Erigeron 692.
Sibbaldia 260.
Draba 524.
Cardamine 563. 564.
Arabis 566.
Veronica 13.
Doronicum 684. β
Gnaphalium 673.
Mœhringia 316.
Ceraſtium 390.
Cucubalus 380.
Rumex 294.
Anthericum 268. 269.
Carex 756. 759. 761.
Juncus 281. 286. 289.
Feſtuca 94.
Poa 79.
Aira 65. 69.
Phleum 51.
Bartſia 515.

| | | |
|---|---|---|
| Angelica 233. | Viola 720. | Epilobium 308. |
| Aconitum 441. | Pinguicula 22. 23. | Aſtragalus 592. |
| Sonchus 644. | Cypripedium 736. | Thalictrum 455. |
| Tuſſilago 682. | Satyrium 731. | Gentiana 201. 204. |
| Serratula 661. | Campanula 177. | |

CAMPOS *Scaniæ*, *Oſtrogothiæ*, *Uplandiæ* incolunt plantæ, quæ ventis expoſitæ lubenter apricantur, uti

| | | |
|---|---|---|
| Buphthalmum 698. | Herniaria 207. | Aſclepias 200. |
| Medicago 620. | Artemiſia 688. | Verbena 26. |
| Jaſione 713. | Erigeron 691. | Veronica 18. 20. |
| Aſperula 115. | Pulſatilla 446. 447. | Helleborus 474. |
| Arbutus 339. | Statice 252. | Adonis 456. |
| Anthericum 268. | Cepa 264. | Bellis 707. |
| Cucubalus 360. | Sedum 386. 388. 389. | Juncus 288. |
| Thymus 477. | | Carlina 652. |

SYLVIS *Norlandiæ*, *Dalekarliæ*, *Nericiæ*, *Smolandiæ* delectantur plantæ, quibus grata eſt umbra ne ardentibus Solis radiis fatigentur.

| | | |
|---|---|---|
| Chryſoſplenium 317. | Dentaria 565. | Ophrys 739. |
| | Daphne 311. | Erica 310. |
| Aſperula 114. | Milium 55. | Cornus 132. |
| Adoxa 326. | Trientalis 302. | Lunaria 529. |
| Viola 718. 719. | Pyrola 332. 333. 334. | Satyrium 730. 732. |
| Fumaria 589. | | Bromus 89. |
| Cardamine 561. | Monotropa 329. | Arundo 100. |
| Circæa 5. | Linnæa 522. | Feſtuca 92. |
| Impatiens 722. | Prenanthes 645. | Ajuga 475. |
| Lathræa 518. | Sanicula 222. | Aira 70. |
| Vicia 605. | Neottia 742. 743. | Scirpus 38. |
| Cypripedium 735. | Serapias 734. | Juncus 287. |
| Campanula 180 182. 183. | Melica 57. | |

MARIA duo: *Atlanticum* ſ. Occidentale, & *Balthicum* ſ. Orientale cum ſinu Bothnico, multas fovent plantas, quæ extra ea vix provenirent.

Salicornia 1.
Salſola 206.
Triglochin 299.
Raphanus 569.
Atriplex 826. 829.
Plantago 127.
Glaux 199.
Samolus 165.
Eryngium 220.
Aſter 697.
Arenaria 375. 376 β.
Cochlearia 537. 538.
Iſatis 543.
Crambe 570.
Piſum 608.
Lotus 610.
Artemiſia 671.
Scirpus 39.
Gentiana 205.
Statice 254.
Fucus
Ulva
Najas 791.
Alga
Zannichellia 745.
Ceratophyllum 783.

LACUUM & FLUVIORUM in his regionibus major numerus quam in aliis, majori etiam plantarum numero ſuperbit.

Potamogeton 139. 147.
Sagittaria 780.
Butomus 328.
Nymphæa 426. 427
Scirpus 40
Arundo 100.
Typha 772.
Myriophyllum 781.
Spongia
Plantago 128.
Limoſella 521.
Subularia 527.
Pilularia
Scirpus 43.
Elatine 327.
Craſſula 259.
Peplis 291.
Montia 108.
Ranunculus 459.
Lobelia 714.
Lycopodium
Scutellaria 499.
Sparganium 771.

PALUDES, ubique inter montes obvias, variæ incolunt plantæ; aliæ in ſylvis, aliæ in pratis.

Ledum 341.
Andromeda 335.
Vaccinium 315.
Carex 762.
Myrica 817.
Anthericum 268.
Myoſotis 149. β.
Hydrocharis.
Eriophorum 44.
Scirpus 41.
Sparganium 770.
Acorus 277.
Iris

RUDERATA loca ad urbes pagos plateas vias proprias habent, quae vix alibi occurrunt.

Hyoſcyamus 184.
Cynogloſſum 154.
Myoſotis 150.
Chenopodium 208. 209.
Leonurus 496.

CULTA terra in agris, arvis, hortisque oleraceis producit & promovet plantas proprias.

Chenopodium 213. 215.
Sonchus 642. 643.
Serratula 661.
Alſine 369.
Viola 721.

MIGRARUNT ad floram noſtram ab Exteris regionibus multæ plantæ, quæ ſuas in Suecia fixere ſedes ad littora præſertim & oras maritimas.

RUSSICÆ plantæ pauciores in Sueciam tranſierunt, quæ præſertim in Gotlandia vel Ölandia vel *Finlandia* morantur.

Lotus 610.
Artemiſia 669.
Potentilla 416.
Aſtragalus 593.
Polemonium 175.
Campanula 178.

ANGLICÆ plantæ minori adhuc numero ad nos pervenere, *Bahuſiæ* præſertim littora incolentes.

Liguſtrum 4.
Chenopodium 218.
Liguſticum 232.
Statice 254.
Crambe 570.

GERMANICÆ plantæ numeroſiores auſtralem præcipue *Scaniam* & inſulas balthici maris, *Gotlandiam* & *Oelandiam* occuparunt.

Hordeum 107.
Sherardia 113.
Centunculus 129.
Lyſimachia 168.
Selinum 228.
Oenanthe 236. 237.
Apium 248.
Aſparagus 272.
Dianthus 343. 344. 45.
Scleranthus 349.
Hyoſeris 631.
Picris 641.
Tuſſilago 681. 683.
Solidago 686. 687.
Chryſanthemum 699.
Achillea 706.
Cnicus 711.
Thalictrum 452.
Ballota 484.
Betonica 487.
Sideritis 488.
Leonurus 497.
Orobanche 519.
Cardamine 562.
Geranium 575. 576.
Trifolium 618. 619.
Vicia 601. 604.
Amaranthus 779.
Carpinus 786.
Symphytum 155.
Convallaria 275.
Aſter 694. 695.
Xanthium 778.
Lunaria 529.
Alyſſum 528.
Coronilla 590.
Schœnus 35. 36. 39.
Braſſica 547.

Dra-

Draba 525.
Carduus 655. 656.
Allium 263.
Aliſma 301.
Melica 56.
Sanguiſorba 130.
Sedum 388.
Saponaria 346.
Lactuca 646.
Globularia 109.
Aſtragalus 591.
Lepidium 533. 535.
Adonis 456.
Anemone 499. 451.
Euphorbia 436.
Ciſtus 434. 435.

Cepa 264.
Porrum 266.
Pulſatilla 447.
Ranunculus 470. 471.
Valeriana 31.
Scabioſa 111.
Echium 158.
Malva 581. 582. 583.
Fumaria 585. 7.
Reſeda 439.
Cichorium 650.
Bellis 707.
Arundo 102.
Panicum 54.
Aira 67.
Melampyrum 511.

Papaver 428. 429.
Plantago 125. 126.
Lithoſpermum 151.
Anagallis 169.
Orchis 725. 726.
Lonicera 191.
Chenopodium 211. 214. 215. 216.
Scorzonera 647.
Gnaphalium 674.
Erigeron 643.
Aſter 694. 695.
Teucrium 476.
Iberis 536.
Cornus 131.
Evonymus 133.
Spartium 589.
Geniſta 587. 588.

PROPRIÆ autem patriæ noſtrae ſunt aliae, quae copioſe hic proveniunt, in exteris vero regionibus rarius inveniuntur, niſi hinc tranſlatae.

Rubus 412.
Rubus 413.
Cratægus 398.
Betula 777.
Pedicularis 506.

Sedum 391.
Diapenſia 172.
Andromeda 336. 337. 338.
Cypripedium 736.

Arbutus 340.
Linnæa 522.
Potentilla 420.
Lobelia 714.

Provinciae etiam ſingulae propriis gaudent plantis, quae in aliis raro admodum occurrunt.

*Norlandia* Rubus 412.
Betula 777.
*Ölandia.* Ranunculus 471.
Lepidium 535.
Aſtragalus 543.
Potentilla 415.
Ciſtus 434.
*Gotlandia* Coronilla 590.

Aliſma 301.
Sanguiſorba 130.
*Carolina* Saponaria 346.
Lactuca 646.
*Smolandia* Trapa 134.
Aphanes. 137.
Poa 73.
*Stockholmia* Myagrum 542.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Weſtrogothia* | Saxifraga 358. | *Jemtia* | Satyrium 731. |
| *Oſtrogothia* | Leontodon 628. | *Bahuſia* | Liguſtrum 4 |
| *Oſtrobothnia* | Campanula 178. | | |

Vaſtum adeoque terrarum hocce ſpatium, quod inter ſeptentrionalem Lapponiam & meridionalem Scaniam ſitum eſt, non poteſt non majorem plantarum numerum, diverſo ſolo coeloque adſuetum, producere, quam vel exteri facile crederent vel ipſi ſperarent noſtrates Botanici. Has plantas ut inveſtigarem, peragravi

| | |
|---|---|
| *Gotlandiæ* Littora, | *Uplandiæ* Nemora, |
| *Oelandiæ* Petras, | *Geſtriciæ* Clivos, |
| *Scaniæ* Campos, | *Helſingiæ* Colles, |
| *Blekingiæ* Lucos, | *Medelpadiæ* Teſqua, |
| *Smolandiæ* Saltus, | *Angermanniæ* Montes, |
| *Oſtrogothiæ* Arva, | *Weſtrobothniæ* Saliceta, |
| *Sudermanniæ* Agros, | *Lapponiæ* Alpes, |
| *Nericiæ* Pineta, | *Oſtrobothniæ* Paludes, |
| *Weſmanniæ* Prata, | *Finlandiæ* Ericeta, |
| *Dalekarliæ* Sylvas, | *Alandiæ* Inſulas, |

Duplici praeterea itinere Norwegiam adii, altero ad auſtraliorem ejus partem, altero ad *Finmarkiam*, eique adjacens Mare Glaciale.

Superſunt adhuc Provinciæ nonnullæ a me nondum calcatæ, ut *Jemtia*, *Wermelandia*, *Weſtrogothia*, *Hallandia*, quas etſi non dubitem, propriis ſuis gaudere plantis mihi nondum indagatis, Floræ tamen hujus editionem differre amplius nolui:

Ut ſatisfacerem amicis clariſſimisque Botanicis, qui eandem urgere non deſtiterunt Celſius, Hallerus, Gleditſchius, Gronovius, Royenus, Dillenius, Juſſiæus, Sauvageſius, Gmelinus, Browallius, ne Svecicam deſiderarent Floram, poſtquam Europææ fere omnes

omnes prodierunt, & ut omnibus conſtaret, quænam plantæ intenſiſſima ferant frigora.

Ut mei ad *Academiam Upſalienſem* diſcipuli ope hujus, inter Botanicas Excurſiones, moleſto herbarum occurrentium nomina annotandi labore levari poſſent.

Ut ſcirent *Pharmacopæi* noſtri quænam medicinales plantæ, & ubi intra patriam legi poſſent; utque Oeconomi plantas patrias indigenas eo facilius ſuos in uſus verterent.

Ut ſueci Botanici huic veluti baſi perfectius dein patriarum Plantarum ſyſtema ſuperſtruere, & quas invenerint novas, noſtris facilius poſthac addere queant, cum paucis forte contingat tot tamque diverſas, quas ego juvenis adhuc luſtravi Sueciæ provincias, conſilio eodem ac ſtudio adire.

Omiſi in hoc catalogo nonnullas Herbas, idque ſtudio, quod unico tantum in loco apud nos adhuc ſint obſervatæ, uti

*SILENE*

Lychnis ſylveſtris lanuginoſa minor. *Bauh. pin.* 206.

Habitans in agris Upſalienſibus, ſemel lecta ab *O. Celſio.*

*Stachys* foliis lanceolato - ovatis baſi emarginatis, verticillis tomentoſis. *Hort. cliff.* 310.

Pſeudoſtachys alpina. *Bauh. pin.* 236. *prodr.* 113.

Habitantem in Uplandia reperit ſemel *O. Celſius.*

*CUCUBALUS* floribus trigynis, calycibus fructus ovatis erectis angulis decem alternis venoſis.

Lychnis noctiflora. *Bauh. pin.* 205. Ocy-

Ocymoides noctiflorum. *Cam. hort.* 109. *t.* 34.
Habitans Upſaliæ juxta agros viſa ab *O. Celſio.*

FRITILLARIA foliis omnibus alternis.
Fritillaria e foliorum alis florens. *Hort. cliff.* 119.
Fritillaria præcox purpurea variegata. *Baub. pin.* 64.
Habitat in prato regio Upſalienſi copioſe. *St. Bielke.*

DRACOCEPHALUM foliis linearibus indiviſis integerrimis.
Ruyſchiana glabra, foliis integris. *Amm. rhut.* 50.
Prunella hyſſopi folio viridi, amplo flore cæruleo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 364. *ſ.* 11. *t.* 5. *f.* 9.
Habitat ad Alingsås Weſtrogothiæ. *J. Leche.*

SONCHUS foliis lanceolatis indiviſis ſeſſilibus.
Lactuca ſalicis folio ſerrato, flore cæruleo. *Amm. rhut.* 150.
Habitat in Carelia. *P. Kalm.*

Brevitati operis conſului, ne mole gravis ad herbarias excurſiones evaderet liber, & hinc additarum obſervationum paucitas.

*Nomina ſpecifica* quædam mutavi, non quod priora erronea putarem, ſed ut nova hæc clariora & faciliora evaderent.

*Vernacula* nomina dedi gentis noſtræ votis; eorum nulla, niſi Graminibus, a me confecta ſunt. Si enim plantis ſingulis Svecana nomina imponerem, in eoque Genera obſervare voluiſſem, vulgo æque difficilia intellectu futura fuiſſent ac latina. Non quidem ignoro, a Botanicis noſtratibus multo plura adferri herbarum nomina, quæ tamen ideo minus probanda mihi viſa ſunt,
quia

quia nonniſi ex Germanicis aut Latinis tranſlata, minime autem vera nomina Svecis uſitata. Ruricolæ noſtri vix aliis plantis nomina impoſuerunt, quam quæ ſingulari forma, colore, odore, ſapore, utilitate aut noxa diſtinguuntur; plerisque proin plantis nulla ſunt. Ubi autem inveniuntur, ibi ſollicite, partim ipſe ſub peregrinationibus meis præſens, partim commercio literarum cum peritis incolis inſtituto, ea indagavi; in Helſingicis *S. Bælterus*, in Roſlagicis *C. Ternſtrôm*, in Weſtrogothicis *S. Hof*, in Bahuſiis *P. Kalm*, in Oſtrogothicis *J. Wiſtrôm* nomina communicarunt. Ad vitandam Svecorum nominum confuſionem adjungendæ fuerunt Provinciæ, ubi appellationes pleræque receptæ ſunt, cum diverſas nomina eadem ſæpe indigitant plantas diverſis in provinciis. e. gr. *Hypericum* Svecis, *Filipendula* Weſtrobothnis, *Buphthalmum* Gotlandis ſuetice *Herba St. Johannis* dicitur & ſic de aliis.

Varietates plerasque ſtudio prætermiſi, nec niſi paucas admodum ſpeciebus ſuis ſubjunxi; Si aliorum more varietates, ſpecierum loco, numeraſſem, duplo certe major oſtentari potuiſſet plantarum copia; ego autem, qui plantas ipſas, non vero numerum earum auctum, attendendum judicavi, ab illa conſuetudine diſceſſi.

Species plantarum ſuecicarum ante me inveſtigarunt *Frankenius*, *Rudbeckii*, *Tillandſius*, *Bromelius*, *Linderus*, *Celſius*: horum *O. Celſius* Theologiæ Doctor & Profeſſor primarius Upſaliæ, plura in hac parte quam cæteri omnes præſtitit, qui plantas etiam minutiſſimas indagavit, & eadem indubitatis ſynonymis propoſuit.

OPE-

# OPERA Botanica SVECORUM.

Anno

1621. CHESNECOPHERUS Johannes. Prof. Med. Upſal.

Starchii J. L. Diſſ. Acad. de *Plantis.*

Upſaliæ 1621. quarto.

Primus inter Suecos qui de plantis ſcripſit; Tractat generalia de plantis, earumque partibus.

1633. FRANKENIUS Johannes. Prof. Botan. Upſal.

*Speculum Botanicum.*

Upſal. 1638. quart. p. 44. latino-ſuetice.

*Speculum Botanicum Renovatum.*

Upſal. 1659. quart. p. 40. latino-ſuetice.

Primus plantas Sueciæ enumerat, ſed mixtas exoticis, absque ſynonymis.

Hernodii. J. O. Diſſ. ac. de Nicotiana.

Upſaliæ. 1633. quart. p. 14.

1654. MANSON Arvid, Rydaholm.

*Örta-Bok.*

Stockholm. 1654. Octav. p. 262. ſuetice.

Compilator tradit empirice plantarum vires.

1658. RUDBECK Olaus (Pater) Prof. Botan. Upſal.

*Catalogus Plantarum Horti Acad. Upſalienſis.*

Ubſaliæ 1658. duod. p. 43. latine.

Primus catalogus primi horti Academ. Suecici.

*Auctarium Horti Upſalienſis Academiæ.*

Upſaliæ 1666. duod. p. 22. latine.

Plures exotice in Hortum introductæ plantæ.

*Hortus Botanicus.*

Upſaliæ 1685. Octav. p. 120. latino-ſuetice.

Idem præcedentibus additis nominibus ſueticis, etiam hic absque ſynonymis.

*Deliciæ Vallis Jacobææ.*

Upſaliæ. 1664. Duodec. latine.

Catalogus eſt Horti Jacobi De La Gardie,

Jacobs-

Jacobsdahl dicti, hodie Ulriksdahl, in quem plantas rariores introduxerat auctor.

1671. KEMPE Andreas. Weſtrogothus.
*Anatomicerade Granen.*
Hamburgi 1671. duod. p. 122. ſuetice.
Hamburgi 1688. duodecimo, germanice.

1673. TIL-LANDS Elias. Profeſſ. Med. Aboæ.
*Catalogus plantarum prope Aboam.*
Aboæ 1673. Octav.
Aboæ 1683. Octav. p. 68. auctior.
Enumerat plantas majores absque ſynonymis cum nominibus ſueticis & fennonicis, additis viribus.
*Icones.*
Aboæ 1683. Octav. p. 160.
Figuræ mediocres ex aliis, paucæ novæ.

1674. GRIMMIUS Nic. Gotlandus. Med. Zeylonenſis.
*Laboratorium Zeylanicum S. Theſaurus Zeylonæ.*
—— . . . prodiit etiam ſub falſo auctore *Pielat.*
Act. nat. Cur.
dec. 2. an. 1. *Planta mirabilis diſtillatoria.*
*Arbor Benzoin.*
*Coralloides.*
*Arbor Camphoræ.*
*Coccus Moldavica*, *Santalum* &c.
—— ann. 3. *Convolvulus ſyriacus flore albo.*
*Zedoaria Zeylanica.*
*Cinnamomum veterum.*
*Planta ſtercoraria.*
*Piſum indicum majus coccineum.*
Act. Haffn. v. 3. *Arbor Cinnanomi.*
Tradit vires plantarum præſertim chemice.

1684. PALMBERG Johannes. Lector. Stregnenſis.
*Serta Florea Suecana.*
Stregneſ. 1684. Oct. p. 416. ſuetice c. figuris.
Stock-

Stockh. 1733. Oct. p. 282. ſuetice ſine figuris.
Deſcriptiones imperfectæ, figuræ rudes, vires compilatæ. Stenmejer appendicem ſubjecit.

1687. BROMELIUS Olaus. Medicus Gothoburg.
*Chloris Gothica.*
Gothoburgi 1694. Oct.
Primus ſynonyma adhibuit in hac flora; etiam nomina Suecica adjecit.
*Lupulogia.*
Stockholm 1687. Duod. p. 92. ſuetice.
Monographus Humuli præſertim culturam tradit.

1690. RUDBECK Olaus (Filius). Prof. Botan. Upſal.
*Campi Elyſii* Patris & Filii Rudbeckii.
Upſal. 1702. Folio p. 224. Tomus primus.
Upſal. 1701. Folio p. 238. Tomus ſecundus.
Plantæ omnes C. Bauhini & plures pulchre ligno inciſæ cum ſynonymis. Tomus I. Gramina, Tom. 2. Bulboſas habet.
*Lapponia Illuſtrata.*
Upſaliæ 1701. Quart. p. 78. latino - ſuetice.
Iter Lapponicum Upſalia Gevaliam. Icon Sceptri Carolini, vix alia Botanica.
*Plantæ rariores in Itinere Lapponico.*
Act. Upſ. 1720.
Plantæ Lapponico - alpinæ cum figura campanulæ ſerpillifoliæ & Dortmannæ.
*Diſſ. ac. de fundamentali Plant. notitia.*
Vltraject. 1690. Quart.
Viennæ. 1690. Duod.
Syſtema eſt Præceptoris Hermanni.
Holtzbom A. Diſſ. ac. de *Mandragora.*
Upſal. 1702. Oct.
Traject. 1704. Quart. Auct. pro gradu.
Kellander D. Diſſ. ac. *Rubus humilis fragariæ folio.*
Upſal. 1716. Octav. Fig. 2.

Lun-

LUNDENIUS Diſſ. ac. de *Hedera*.
Upſaliæ 1716. Quart.

1716. LINDER JOHANNES (Linderſtolpe) Med. Reg.
*Flora Wiksbergenſis*.
Stockholm 1716. Octav. latino-ſuetice.
Flora continet plantas circa acidulas Wiksbergenſes Sudermanniæ naſcentes, absque ſynonymis.

1724. MARTIN PETRUS. Adjunct. Med. Upſal.
*Catalogus rariorum plant. in herbario Burſeri*.
Act. Upſal. 1724.
Burſerus, C. Bauhini coætaneus & amicus, Herbarium collegit per totam Europam, hodie in Bibliotheca Upſalienſi aſſervatum, C. Bauhini nominibus adſcriptum. Martinus collegit modo nomina non citata.
LUNDMAN P. Diſſ. ac. de *Junipero*.
Harderov. 1727. Quart.

1732. CELSIUS OLAUS. Prof. Theolog. primarius Upſ.
*Catalogus plantarum circa Upſaliam*.
Act. Upſal. 1732.
*Auctuarium plantarum Uplandicarum*.
Act. Stockh. 1740 n. 27.
Primus plantas ſueciæ minores & minimos muſcos inveſtigavit, primus ſynonymo fido & certo eas indigitavit.
*Hierobotanicon ſ. de Plantis ſacræ ſcripturæ*.
Upſaliæ 1745. Octav. p. 572.
In Orientalium linguis, in veterum ſcriptis, in Botanicorum plantis, in peregrinatorum diariis verſatiſſimus præſtitit in his, quæ antea nullus.

1735. LINNÆUS CAROLUS.
*Syſtema naturæ*.
Lugdbat. 1735. Fol. latine, nominibus ſueticis.
Halæ 1740. Quart. latino-germanice.

)o( Stock-

Stockholm 1740. Octav. auctum. Nom. ſueticis.
Pariſiis 1744. Octav. Auctius. Nom. gallicis.
*Fundamenta Botanica.*
Amſtelod. 1735. Octavo.
Aboæ 1740. Quarto.
Stockholm. 1740. Octavo.
Amſtelod. 1741. Octavo.
*Critica Botanica.*
Lugdbat. 1737. Octavo.
*Genera plantarum.*
Lugdbat. 1737. Octavo.
Lugdb. 1742. Octavo. emendatum.
Pariſiis 1743. Octavo.
*Corollarium generum.*
Lugdbat. 1737. Octavo.
*Claſſes plantarum.*
Lugdbat. 1738. Octavo.
*Bibliotheca Botanica.*
Amſtel. 1735. Octavo.
*Methodus ſexualis.*
Lugdbat. 1737. Octavo.
*Flora Lapponica.*
Amſtel. 1736. Octav. t. 12.
*Hortus Cliffortianus.*
Amſtelod. 1737. Fol. c. figuris.
*Viridarium Cliffortianum.*
Amſtel. 1737. Octav.
*Muſa Cliffortiana.*
Lugdbat. 1736. Quart. c. figuris.
*Artedi Ichthyologiæ* Tomi 5.
Lugdbat. 1738. Octav.
*Animalia Sueciæ* deſcripta.
Stockh. 1745. Octav.
Cum deſcriptionibus & ſynonymis.
*Iter Oelandicum & Gotlandicum.*
Stockholm. 1745. Octav. c. figur. ſuetice.
*Oratio de inſectorum proprietatibus.*
Stockholm 1739. Octav. ſuetice.
Lugdbat. 1741. Duod. belgice.

*Ora-*

# OPERA BOTANICA SVECICA.

*Oratio de peregrinationibus intra patriam.*
Upſal. 1742. Octav.
Lugdbat. 1743. Octav.
*Oratio de telluris habitabilis incremento.*
Lugdbat. 1744. Octav. p. 84.

| | | | |
|---|---|---|---|
| *Cultura plant. naturalis.* Act. Stockh. | | 1739. p. | 5. |
| *Gluten lapponum* e perca | - - | | 221. |
| *Oëſtrus rangiferinus* Lapponum | - | 1740. | 121. |
| *Picus pedibus tridactylis* | - - | | 222. |
| *Mures alpini* Lemures | - - | | 326. |
| *Paſſer nivalis* | - - | | 368. |
| *Piſcis aureus* Chinenſium | - - | | 403. |
| *Fundamenta œconomiæ* | - - | | 411. |
| *Formicarum ſexus* | - - | 1741. | 37. |
| *Officinales ſuecicæ plantæ* | - - | | 81. |
| *Centuria pl.* in ſuecia *rariorum* | - | | 179. |
| *Plantæ tinctoriæ indigenæ* | - | 1742. | 20. |
| *Amaryllis formoſiſſima* | - - | | 93. |
| *Gramen Sælting* (Triglochin.) | - - | | 146. |
| *Fœnum Suecicum* (Medicago.) | - - | | 191. |
| *Phaſeoli Chinenſis* ſpecies | - - | | 206. |
| *Epilepſiæ* territorii vernenſis *cauſa* | - | | 279. |
| *Jackas-hapuch* (Arbutus repens) | - | 1743. | 292. |
| *Fagopyrum ſibiricum* | - | 1744. | 117. |
| *Petiveria* | - - - | | 287. |
| *Paſſer procellarius* | - - | 1745. | |
| *Florula Lapponica* Act. Upſalienſ. | | 1732. | |
| *Continuatio* Floræ Lapponicæ | - | 1735. | |
| *Animalia regni Sueciæ* | - | 1736. | |
| *Orchides* iisque Affines | - | 1740. | |
| *Genera plantarum* nova | - | 1741. | |
| *Euporiſta in febribus* interm. Calendaris | | 1742. | |
| *Euporiſta in Dyſenteria* | - | 1745. | |
| *Pini uſus* œconomicus | - | 1743. | |
| *Abietis uſus* œconomicus | - | 1744. | |
| *Sexus plantarum* | - - | 1744. | |
| *Sexus* plant. *uſus œconomicus* | | 1745. | |
| *Theæ potus* | - - - | 1740. | |

*Klaſe.*

*Klaſe.* L. Diſſ. ac. *Betula nana.*
Upſaliæ 1743. Quart. f. 1.
*Hegart* C. Diſſ. ac. *Ficus.*
Upſal. 1744. Quart. f. 1.
*Rudberg* D. Diſſ. ac. *Peloria.*
Upſal. 1744. Quart. f. 1.
*Fougt* H. Diſſ. ac. *Corallia Balthica*
Upſal. 1745. Quart. f. 32.
*Hoſt* B. R. diſſ. ac. *Amphibia Gyllenborgiana.*
Upſal. 1745. Quart.
*Rudbeck* J. O. Diſſ. ac. *Sceptrum Corolinum.*
Upſal. 1732. Quart. f. 1.

1739. BROWALLIUS JOHANNES. Prof. Phyſ. Aboæ
*Examen epicriſeos Siegesbeckii.*
Aboæ 1739. Quart.
Lugdbat. 1743. Octav.
Agit cauſam Linnæi in apologia contra Siegeſbeckii Epriciſin.

FERBER JOH. Eberh.
*Hortus Agerumenſis.*
Holmiæ 1739. Octavo p. 76.
Hortus proprius ſecundum ſyſtema ſexuale conſcriptus.

1743. KALM PETRUS.
*Plantæ nonnullæ rariores e præfect. Babuſienſi.*
Act. Stockh. 1743. p. 105.

1744. LECHE JOHAN. Med. Doct.
Diſſ. Acad. *Floræ Scanicæ primitiæ.*
Lund. 1744. Quart.
*Plantæ rariores Scaniæ.*
Act. Stockh. 1744. p. 261.

*Claſſis*

*Claſſis I.*

# MONANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### SALICORNIA.

1. SALICORNIA herbacea. *Act. Stokh.* 1741. *p.* 180.
Salicornia. *Hort. cliff.* 490. *Dod. pempt.* 82.
Salicornia geniculata annua. *Tournef. inſtit.* 51.
Kali geniculatum majus annuum. *Bauh. pin.* 289.
Habitat *ad litora maris in* Scania *&* Gotlandia *ad Burswiken.*
Pharmacopœis SAL ALCALI *& Artificum* SOUDA *ex hac planta.*
Obſerv. *Structura fructificationis etiamnum minus ſufficienter deſcripta eſt;* Ego *quondam in Flore Stamen unicum numeravi,* Mœhringius *duo,* Sauvageſius *vero ſtamina ſex obſervavit.*
*Planta ſalſa eſt uti Salſola, Halimus, Triglochin; hinc a pecoribus maxime expetita.*

### HIPPURIS.

2. HIPPURIS. *Fl. lapp.* 1. *Hort. cliff.* 3. *Roy. lugdb.* 205.
Pinaſtella ſurrectior *Rupp. gen.* 275. *Dill. gen.* 168.
Limnopeuce vulgaris. *Vaill. act.* 1619. *p.* 15. *f.* 3.
Limnopeuce. *Cord. hiſt.* 150. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 136. *Celſ. upſ.* 23.
Equiſetum paluſtre, brevioribus foliis, polyſpermum. *Bauh. pin.* 15. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 123. *f.* 4.
Polygonum femina. *Camer. epit.* 689. *Dod. pempt.* 113. *Till. ic.* 34.
Habitat *paſſim in piſcinis, fontibus, paludibus, fluviis.*

# DIGYNIA.

## CORISPERMUM.

3. CORISPERMUM foliis oppoſitis. *Flor. lapp.* 2. *Hort. cliff.* 3. *Gron. virg.* 3. *Roy. lugdb.* 205.
Stellaria aquatica. *Bauh. pin.* 141.
Alſine aquis innatans, foliis longiuſculis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 786.

α Stellaria. *Dill. gen.* 119. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 289.
Stellaria aquatica, foliis ſubrotundis. *Celſ. upſ.* 33.
Stellaria foliis ad caulem anguſtis in ſummitate ſubrotundis. *Hall. helv.* 108.

β Stellaria foliis omnibus anguſtis, apice reſecto. *Hall. helv.* 198.
Stellaria aquatica *Celſ. upſ.* 33.
Lenticula paluſtris anguſtifolia, folio in apice diſſecto. *Læſ. pruſſ.* 140. *t.* 38.

γ Stellaria minor & repens. *Dill. giſſ.* 120. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 289.
Stellaria foliis omnibus ſubrotundis. *Hall. helv.* 199.
Lenticula paluſtris bifolia, fructu tetragono. *Bauh. pin.* 362.
Callitriche plinii. *Column. ecphr.* 315. *t.* 316.

Habitat *in foſſis, piſcinis, paludibus, lacubus frequens.*

Claſſis

*Claſſis II.*

# DIANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### LIGUSTRUM.

4 LIGUSTRUM. *Hort. cliff.* 6. *Act. Stockh.* 1743. *p.* 106. *Roy. lugdb.* 398. *Hall. helv.* 527. *Camer. epit.* 89. *Fuch. hiſt.* 480.
Liguſtrum germanicum. *Baub. pin.* 475.
*Svecis* Liguſter.
Habitat *in maritimis Babuſiæ copioſe. P. Kalm.*
Uſus *fruticis in hortis ad ſepes & opera topiaria; baccarum pro atramento.*

### CIRCÆA.

5 CIRCÆA *Hort. cliff.* 7. *Roy. lugdb.* 303.
α Circæa calyce colorato *Fl. lapp.* 3.
Circæa minima, foliis brevioribus dentatis. *Hall. helv.* 456.
Circæa minima. *Columu. ecphr.* 2. *p.* 79. *t.* 80. *Celſ. upſ.* 8.
Circæa ſuecorum minor. *Rudb. hort.* 29.
Solanifolia Circæa alpina. *Baub. pin.* 168.
β Circæa lutetiana. *Lob. ic.* 266.
Solanifolia Circæa dicta major. *Baub. pin.* 168.
Lappula incantatoria dipetalos ſpicata major. *Pluk. alm.* 206.
Habitat *locis umbroſis roridis ad radices montium arborumque. α ſæpius in Svecia* Stockholmiæ, Dannemoræ, Weſtrogothia. *β vero in* Lapponia O. Rudbeck, & Scania. J. Leche.

## VERONICA.

6. VERONICA floribus ſpicatis, foliis ternis.
Veronica foliis ternis. *Hort. cliff.* 7.
Veronica caule erecto, ſpicis pluribus, foliis lanceolatis ſerratis. *Fl. lapp.* 4.
Veronica ſpicata longifolia *Tournef. inſt.* 144. *Helw. pruſſ.* 65. *t.* 3.
Lyſimachia ſpicata cærulea. *Bauh. pin.* 246.
Pſeudo-Lyſimachium cæruleum. *Dod. pempt.* 86.
Habitat *in maritimis* Weſtrobothniæ, Roſlagiæ, Scaniæ.

7. VERONICA floribus ſpicatis, foliis oppoſitis, caule erecto.
Veronica foliis oppoſitis, caule ſpica terminato. *Hort. cliff.* 8.
Veronica foliis obtuſis, caule non ramoſo ſpica nuda terminato. *Hall. helv.* 531.
Veronica ſpicata minor. *Bauh. pin.* 247.
Habitat in Scania, Uplandia *locis campeſtribus ſiccis.*

8. VERONICA floribus ſpicatis, foliis oppoſitis, caule procumbente.
Veronica caule repente, ſcapis ſpicatis, foliis oppoſitis ovatis ſtrigoſis. *Fl. lapp.* 5. *Hort. cliff.* 8.
Veronica mas ſupina & vulgatiſſima. *Bauh. pin.* 246.
Veronica. *Camer. epit.* 461. *Till. ic.* 97.
*Svecis* Ærenpriis.
Habitat *frequens in ſylvis præſertim exuſtis.*
Pharmacopœis VERONICÆ *Herba*, *Aqua*, *Conſerva*, *Syrupus.*
Obſ. *Varietatem hujus ſingularem* corollis plenis *in pratis Bærby Upſaliæ antiquæ legimus.*

9. VERONICA floribus racemoſis lateralibus, foliis linearibus integerrimis.
Veronica foliis lineari-lanceolatis integris, racemis laxe floriferis. *flor. lapp.* 9. *hort. cliff.* 10.
Veronica aquatica, anguſtiore folio. *Tournef. inſt.* 145.
Anagallis aquatica anguſtifolia ſcutellata. *Bauh. pin.* 252.
Habitat in *locis per hyemem inundatis frequens.* 10.

10. VERONICA floribus racemoſis lateralibus, foliis lanceolatis ſerratis, caule erecto.

Veronica aquatica major, folio oblongo. *Tournef. inſt.* 145.

Anagallis aquatica major, folio oblongo. *Bauh. pin.* 252.

Berula major. *Tabern. hiſt.* 1094.

Habitat *in foſſis ad vias & paludes* Uplandiæ, Scaniæ &c.

Obſ. *Differt hæc a ſequente tota ſpecie, radice annua, caule erecto, foliis acutis.*

11. VERONICA floribus racemoſis lateralibus, foliis ovatis planis, caule repente.

Veronica foliis oppoſitis levibus crenatis, floribus racemoſis lateralibus. *hort. cliff.* 8.

Veronica aquatica major, folio ſubrotundo. *Tournef. inſt.* 145.

Anagallis aquatica major, folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 252.

Anagallis aquatica. *Dod. pempt.* 593.

Habitat *in foſſis, rivulis, ſcaturiginibus paſſim.*

Pharmacopœis BECCABUNGÆ *Herba, Conſerva, Aqua.*

12. VERONICA floribus racemoſis lateralibus, foliis ovatis plicatis dentatis.

Veronica foliis oppoſitis plicatis dentatis, ſcapis ex alis inferioribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 8.

Veronica foliis cordatis ſeſſilibus oppoſitis, ramis laxe floriferis *Fl. lapp.* 8.

Teucrium pratenſe. *Rudb. hort.* 109.

Pſeudo-Chamædrys. *Till. ab.* 56. *icon.* 50.

Chamædrys ſpuria minor rotundifolia. *Bauh. pin.* 249.

Habitat *in pratis ubique.*

13. VERONICA floribus corymboſis terminatricibus, calycibus hiſpidis.

Veronica caule floribus terminato, foliis ovatis crenatis *Fl. lapp.* 7. *t.* 9. *f.* 4. *deſcr.*

Veronica caule inferne procumbente fruticoſo, foliis ovatis oppoſitis, racemo terminatrici. *Roy. lugdb.* 302.

Veronica foliis ovatis crenatis, fructu ovali, floribus in ſummo caule purpuraſcentibus. *Hall. helv.* 532. *t.* 9. *f.* 1.
Veronica 3. fruticans *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 346. *Raj. hiſt.* 844.
Veronica alpina fruteſcens. *Bauh. pin.* 247.
Veronica minor alpina, ſerpilli folio. *Pon. bald.* 337. *t.* 337.
Habitat *in Alpibus Lapponicis monte Walliwari.*

14. VERONICA floribus ſolitariis, foliis ovatis glabris crenatis.
Veronica floribus ſparſis, foliis ovatis crenatis glabris. *Fl. lapp.* 6.
Veronica foliis inferioribus oppoſitis ovatis, ſuperioribus alternis lanceolatis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 9.
Veronica pratenſis ſerpyllifolia *Bauh. pin.* 247.
Veronica femina. *Rudb. hort.* 117. *Till. ab.* 67.
Habitat in *paſcuis ſterilioribus riguis frequens.*

15. VERONICA floribus ſolitariis ſubſeſſilibus, foliis lanceolato-linearibus glabris obtuſis integerrimis, caule erecto.
Veronica erecta, acini folio glabro, floribus cæruleis. *Dill. giſſ.* 54. *app.* 39. *deſcr.*
Veronica minima, clinopodii minoris folio, romana. *Vaill. pariſ.* 201. *t.* 23. *f.* 3. *ſed noſtræ folia longe anguſtiora.*
Habitat in *cultis & terra nuda* Upſaliæ, *rariſſima apud nos hodie plana, olim forte copioſior evaſura.*
Radix *annua.*
Caulis *digitalis aut ſpithameus, erectus, ſimplex vel ramis ſimplicibus ex alis inferioribus.*
Folia *lanceolato-linearia, ſeſſilia, alterna (exceptis infimis unde rami), integerrima, obtuſa, ſubramoſa.*
Flores *alares, ſeſſiles.* Corolla *parva & fere nulla.*

16. VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo longioribus.
Veronica foliis oppoſitis cordatis crenatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 9.

Veronica floſculis cauliculis adhærentibus. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 321.
Alſine veronicæ foliis, floſculis cauliculis adhærentibus. *Baub. pin.* 250.
Habitat *in agris ruderatis cultis frequens.*

17. VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis inciſis pedunculo brevioribus.
VERONICA foliis cordatis crenatis, floribus ſolitariis pedunculatis *Hort. cliff.* 9.
Veronica floſculis oblongis pediculis inſidentibus, chamædryos folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 322.
Alſine chamædryfolia, floſculis pediculis oblongis inſidentibus. *Baub. pin.* 250.
Habitat *in agris, areis, cultis.*

18. VERONICA floribus ſolitariis, foliis cordatis planis quinquelobis.
Veronica foliis alternis cordatis quinquelobis, floribus ſolitariis. *Hort. cliff.* 534.
Veronica, cymbalariæ folio, verna. *Tournef. inſt.* 145.
Alſine hederulæ folio. *Baub. pin.* 250.
Habitat *in* Scania *campeſtri in ruderatis ad urbes & pagos.*

19. VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo brevioribus.
Veronica foliis alternis inferioribus quinque partitis ſuperioribus tripartitis floribus, ſolitariis. *Hort. cliff.* 9.
Veronica floſculis, ſingularibus, foliis laciniatis, erecta. *Raj ſyn.* 3. *p.* 280.
Veronica verna, trifido vel quinquefido folio. *Tournef. inſt.* 145.
Alſine triphyllos cærulea. *Baub. pin.* 250.
Alſine parva erecta, folio alſines hederaceæ, ſed rutæ modo diviſa. *Lob. ic.* 464.
Habitat *in* Scania campeſtri ad *Hwitſiöſle &c. copioſe in agrorum marginibus.*

20. VERONICA floribus ſolitariis, foliis digitato-partitis pedunculo longioribus.

Veronica humilis erecta montana, flore parvo cæruleo. *Dill. app.* 38.

Alſine triphyllos cærulea (foliis minoribus) *Bauh. pin.* 250.

Habitat *vulgaris per Sveciam, copioſiſſima in* Uplandia *primo vere, locis exaridis, ſterilibus, tectis, petris.*

## PINGUICULA.

21. PINGUICULA nectario cylindraceo longitudine petali *Fl. lapp.* 11. *Roy. lugdb.* 304.

Pinguicula geſneri, flore calcari donato. *Till. ab.* 52.

Pinguicula. *Frank. ſpec.* 23. *Rudb. cat.* 3. *hort.* 87.

Sanicula montana, flore calcari donato. *Bauh. pin.* 243. folio punctato. *Lind. wiksb.* 35.

*Suecis* Fet-ört. *Gottlandis* Fetnacke. *Weſtrobothnienſibus* Tätgräs, Sätgräs.

Habitat *in paſcuis humidis ſterilibus per provincias ſylvaticas Sueciæ.*

Uſus: *ex affuſo naturaliter calente lacte foliis fit lac hyperboreorum. Fl. lapp.* 10.

22. PINGUICULA nectario conico petalo breviore. *Fl. lapp.* 12. *t.* 12. *f.* 3.

Pinguicula flore albo minore, calcare breviſſimo. *Raj. hiſt.* 752. *Rudb. lapp.* 99.

Habitat *in alpibus* Lapponicis.

23. PINGUICULA ſcapo villoſo. *Fl. lapp.* 13. *t.* 12. *f.* 2.

Pinguicula flore minore carneo. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 281.

Pinguicula cornubienſis, flore minore carneo. *Raj. hiſt.* 752.

Pinguicula laponum vel alpina minima, flore purpureo, foliis ad radicem ternis rotundis. *Rudb. lapp.* 99.

Habitat *in* Lapponica Lulenſi, *paroecia Jockmock.*

## VTRICULARIA.

24. VTRICULARIA nectario conico. *Fl. lapp.* 14. *Roy. lugdb.* 304.

Lentibularia major. *Vail. act.* 1719. *p.* 28.

Len-

Lentibularia. *Riv. mon.* 78. *Dill. gen.* 115. *Celſ. upſ.* 28.
Millefolium aquaticum lenticulatum. *Bauh. pin.* 141.
Filipendula aquatica major. *Frank. ſpec.* 14.
Filipendula aquatica ſ. millefolia lenticulata. *Rudb. hort.* 43.
Habitat *in aquis ſtagnantibus, paludibus & foſſis paſſim.*

25. VTRICULARIA nectario carinato.
Lentibularia minor. *Vail. act.* 1719. *p.* 28.
Millefolium paluſtre galericulatum minus, flore minore. *Pluk. alm.* 251. *t.* 99. *f.* 6.
Aparine aquis innatans treviſana, foliis perchepier capreolis donata. *Bocc. muſ.* 1. *p.* 23. *t.* 4.
Habitat *in foſſis* Dalekarliæ, *uti ad pagum Mårtaberg paroeciæ Råtwicenſis.*
Deſcr. Radices *capillaceæ, minimæ, natantes, Utriculis membranaceis minimis onuſtæ.*
Scapus *longitudine digiti, ſimplex, tenuiſſimus, verſus apicem pedunculis tribus diviſus, ſubjectis bracteis totidem.*
Folia *radicalia pinnata, capillacea, pinnis rariſſimis æqualibus.*
Calyx. *Perianthium diphyllum, ovatum, minimum, deciduum; foliolo inferiore reflexo.*
Corolla *dipetala, ringens: labio ſuperiore horizontali, cordato, baſi perforato, receptaculo inſerto;* L. *inferiore majore, cordato: lateribus reflexis; baſi ſubtus gibbo, prominulo, carinato nec ut in præcedente corniculato.*
Stam. *Filamenta duo, conniventia, annulum referentia, inferne anguſtiora. Antheræ ſubrotundæ, parvæ.*
Piſtillum. *Germen ovatum. Stylus ſimplex, brevis. Stigma ovatum, lingulatum.*

## VERBENA.

26. VERBENA foliis multifido - laciniatis, ſpicis filiformibus. *Hort. cliff.* 11. *Roy. lugdb.* 327.
Verbena communis, flore cæruleo. *Bauh. pin.* 269.
Verbena recta. *Dod. pempt.* 150.
Habitat *in* Scania *circa Helſingburgum.* J. Leche.
Pharmac: Verbenæ *Herba, Aqua.*

## LYCOPVS.

27. LYCOPUS foliis indiviſis.
Lycopus. *Hort. cliff.* 11.
Lycopus paluſtris glaber. *Tournef. inſt.* 191.
Pſeudo-Marrubium paluſtre. *Riv. mon.* 21.
Murrubium paluſtre glabrum. *Bauh. pin.* 230.
Habitat *ad ripas lacuum & fluviorum.*
Uſus: hac herba olim tingebatur nigro colore.
Obſerv. *differentia opponitur* Amethyſtinæ *Ammanni, quæ hujus generis eſt.*

## SALVIA.

28. SALVIA foliis ovatis inciſo-crenatis, verticillis ſubnudis. *Hort. cliff.* 12. *Roy. lugdb.* 310.
Sclarea pratenſis, foliis ſerratis. *Tournef. inſt.* 179. *Celſ. upſ.* 39.
Horminum pratenſe. *Riv. mon.* 36.
Horminuum pratenſe foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 356.
Horminum ſylveſtre. *Cam. epit.* 629.
Habitat *juxta fluvium & viam ad* Högſtadbro *paroeciæ Bælingæ Uplandiæ. O. Celſius.*

# DIGYNIA.

## ANTHOXANTHVM.

29. ANTHOXANTHUM.
Anthoxanthum floſculis diandris. *Hort. ciff.* 25.
Gramen anthoxanthum ſpicatum *Bauh. hiſt.* 2. *p.*466.
Gramen pratenſe, ſpica flaveſcente. *Bauh. pin.* 3. *theat.* 44. *Scheuh. hiſt.* 88. *Celſ. upſ.* 3.
Gramen alopecurum vernum pratenſe, ſpica flaveſcente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 193. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 25.
*Suecis* Wârbrodd.
Habitat *primo vere ubique communis.*

Claſſis III.

# TRIANDRIA

## MONOGYNIA.

### VALERIANA.

30. VALERIANA foliis omnibus pinnatis. *Hort. cliff.* 15. *Roy. lugdb.* 234.
Valeriana ſylveſtris major. *Bauh. pin.* 164. *Fl. lapp.* 14.
Valeriana ſylveſtris. *Dod. pempt.* 349. *Till. ab.* 67. *Rudb. vall.* 35. *hort.* 15.
Valeriana. *Till. ic.* 53.
*Svecis* Wenderot.
Habitat *in ſepibus & ſylvis paludoſis ac dumetis.*
Officinalia; VALERIANÆ *Radix*, *Herba.*

31. VALERIANA dioica. *It. Oel.*46.
Valeriana foliis caulinis pinnatis, ſexu diſtincta. *Hort. cliff.* 16.
Valeriania foliis caulinis pinnatis, polygama. *Virid. cliff.* 5.
Valeriana paluſtris minor. *Bauh. pin.* 164.
Valeriana minor. *Riv. mon.* 3.
Valeriana ſylveſtris minor. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 300.
Valerianu paluſtris inodora parum laciniata. *Bauh. pin.* 86.
Valeriana flore exiguo. *Riv. mon.* 4.
Valeriana ſylucſtris & paluſtris altera. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 200.
Habitat *in Scaniæ campeſtribus circa* Lundinum *&* Malmogiam; *in* Oelandia *rarior eſt.*

32. VALERIANA caule dichotomo, foliis linearibus, floribus triandris.
Valeriana caule dichotomo, foliis lanceolatis integris (*Virid cliff.* 5.) fructu ſimplici. *Hort. cliff.* 16.
Valeriana campeſtris inodora major. *Bauh. pin.* 165.
Vale-

Valerianella caule dichotomo, foliis oblongis rariter inciſis, ſeminis mucrone ſimplici. *Hall. helv.* 666.
Valerianella arvenſis præcox humilis, ſemine compreſſo. *Tournef. inſt.* 132.
Locuſta maior et minor. *Riv. mon.* 8.
*Hortulanis* Winter-Rapuntzel.
Habitat *circa* Stockholmiam *vbique, in ſteriliſſimis* Oelandiæ *paſſim: in* Scania *rarius.*
Uſus. *Folia in acetariis.*
* ASPERULAM *vide ſub Tetrandria.*

## IRIS.

33. IRIS foliis enſiformibus, corollis imberbibus, petalis interioribus ſtigmate minoribus *Hort. cliff.* 19.
Iris imberbis lutea, nervo folii eminente. *Hall. helv.* 281.
Iris paluſtris lutea ſ. Acorus adulterinus. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 732. *Fl. lapp.* 16.
Acorum falſum. *Cam. epit.* 6
Acorus adulterinus. *Baub. pin.* 34. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 202. *f.* 2.
*Suecis* Swærdslilja.
Habitat *in udis, fluviis, paludoſis.*
*Pharmac.* ACORI-PALUSTRIS *radix.*

## SCHOENUS.

34. SCHOENUS culmo ſubtriquetro folioſo, floribus faſciculatis, foliis ſetaceis.
Schoenus floſculis faſciculatis, *Hort. cliff.* 22.
Cyperus paluſtris hirſutus minor, paniculis albis. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 39. *Fl. lapp.* 17.
Juncus paluſtris glaber, floribus albis. *Vaill. pariſ.* 110.
Cyperella paluſtris, capitulis florum umbellatis compactis primum albis dein fulvis. *Mich. gen.* 53.
Gramen cyperoides paluſtre leucanthemum. *Scheucb. hiſt.* 503.
*Suecis* Myragh.
Habitat *in paludibus turfoſis frequens.*

35. SCHOENUS culmo tereti, foliis margine dorſoque aculeatis.

Schoenus foliis margine dorſoque aculeatis. *Act. Stockh.* 1741. *p.* 181. *it. gotl. jun.* 25.

Mariſcus. *Hall. helv.* 251.

Pſeudo-Cyperus paluſtris, foliis et carina ſerratis. *Scheuch. hiſt.* 375. *Mich. gen.* 55.

Cyperus longus inodorus germanicus. *Baub. pin.* 14. *theat.* 221.

Cyperus longus inodorus major, foliis & carina ſerratis, *Moriſ. hiſt.* 3. *p.*237. *ſ.*8. *t.*11. *f.* 24. *altera bona.*

Scirpus paluſtris altiſſimus, foliis et carina ſerratis. *Tournef. inſt.* 528

*Suecis* Tak-agh. *Gottlandis* agh. *Oelandis* Åhm.

Habitat *in* Gottlandiæ *paludibus copioſe.*

Uſus: *pro tectis tegendis loco ſtraminis inſervit.*

36. SCHOENUS culmo tereti nudo, capitulo ovato, involucri diphylli valvula altera ſubulata longa. *it. gotl. jul.* 4.

Schoenus floſculis ſpicatis. *act. ſtockh.* 1741. *p.*182. *Hort. cliff.* 22.

Melanoſchoenus paluſtris anguſtifolius, junci facie, lithoſpermi ſemine. *Mich. gen.* 46.

Carex ſpica multipartita, calycibus ſpicularum bifoliis. *Hall. helv.* 244.

Juncus lævis, panicula glomerata nigricante. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 233. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 28.

Junco adfinis, capitulo glomerato nigricante. *Scheuch. hiſt.* 349.

*Suecis* Knapp-agh.

Habitat *in* Gotlandiæ *paludibus cum præcedenti, ſed rarior.*

Deſcriptio floris: *Capitulum ovatum aggregatum ex pluribus ſpiculis, quarum ſingula componitur calyce biglumi, intra quem floſculi triandri, Stigmate trifido. Involucrum totius capituli univerſale bivalve: valvulis emarginatis cum mucrone intermedio, quarum valvulæ ex-*

*exterioris mucro ſpica triplo longior, ſubulatus, ſemiteres apice fuſco; at mucro minoris glumæ ſeu valvulæ univerſalis involucri, nullo modo ſpicam longitudine ſuperat.*

37. SCHOENUS culmo tereti nudo, ſpica duplici, involucri diphylli valvula majore ſpicam æquante.

Gramen cyperoides minimum, caryophylli proliferi capitulo ſimplici ſquamato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 245. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 40.

*Suecis* Ax-agh.

Habitat *cum præcedente in paludibus turfoſis* Gotlandiæ.

Deſcriptio. *Præcedenti maxime adfinis, varietatem tamen vix dixerim. Præcedenti ſexies brevior et anguſtior. Capitulum ferrugineum ut in priori, ſed modo duplici ſpica compoſitum, hinc & anguſtiſſimum. Singula hæc ſpica ex duobus floribus, prioris ſimillimis conſtat. Involucrum univerſale eſt gluma bivalvis, ferruginea, valvula exteriore ſ. majore mucronata longitudine exacte totius ſpicæ, at minor valvula longe brevior eſt.*

## SCIRPUS.

38. SCIRPUS culmo triquetro folioſo, panicula folioſa, pedunculis nudis ſupra decompoſitis, ſpicis confertis.

Scirpus planifolius, caule triquetro, panicula foliis inſidente. *Hall. helv.* 247.

Scirpo-Cyperus aquaticus latifolius annuus. *Mich. gen.* 48.

Cyperus culmo triquetro, panicula folioſa, pedunculis nudis ſupradecompoſitis, ſpicis confertis. *Roy. lugdb.* 49.

Cyperus gramineus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 504. *Scheuch. hiſt.* 343. *Celſ. upſ.* 11.

Gramen cyperoides miliaceum. *Bauh. pin.* 6. *theat.* 90.

Gramen arundinaceum, foliis, acutiſſimis, panicula multiplici, cyperi facie. *Loeſ. pruſſ.* 119. *t.* 33.

*Suecis* Skogs-Sät.

Ha-

Habitat *in aquoſis ad margines paludum in ſylvis.*

39\. SCIRPUS culmo triquetro, panicula conglobata foliacea, ſpicularum ſquamis trifidis intermedia ſubulata.

Cyperus culmo triquetro, panicula foliacea, pedunculis ſimplicibus, ſpicis confertis. *Roy. lugdb.* 50.

Cyperus panicula ſparſa e ſpicis longioribus tenuioribus teretibus compoſita. *Scheuh. Hiſt.* 398. *Celſ. upſ.* 11.

Gramen Cyperoides panicula ſparſa majus. *Bauh. pin.* 6. *theat.* 86.

*Suecis* Haf-Säf.

Habitat *in littoribus marinis Roſlagiæ* &c.

40\. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpicis plurimis pedunculatis terminatricibus.

Scirpus ſpicis copioſis. *Roy. lugdb.* 48.

Scirpus teres, panicula ſub apice culmi ramoſa. *Hall. helv.* 247.

Scirpus paluſtris altiſſimus. *Tournef. inſt.* 528 *Scheuch. hiſt.* 354. *Mich. gen.* 49. *Fl. lapp.* 18. *Celſ. upſ.* 31.

Juncus maximus ſ. Scirpus major. *Bauh. pin.* 12. *theat.* 178.

*Suecis* Siö-Säf.

Habitat *in ſtagnis et fluviis ubique.*

41\. SCIRPUS culmo tereti nudo, ſpica ſubovata imbricata terminatrice.

Scirpus culmo nudo, ſpica terminatrice ſubovata. *Roy. lugdb.* 48

Scirpus caule aphyllo, ſpica imbricata terete. *Hall. helv.* 248.

Scirpus equiſeti capitulo majori. *Tournef. inſt.* 528. *Scheuch. hiſt.* 360. *Celſ. upſ.* 31. *Fl. lapp.* 19.

Scirpus paluſtris clavatus, caule rotundo molliſſimo nitido atro virente. *Mich. gen.* 50.

Juncus capitulis equiſeti major. *Bauh. Pin.* 12. *theat.* 187. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 107. *f.* 1.

Juncellus cyperoides capitulo ſimplici. *Loeſ. pruſſ.* 131. *t.* 36.

β. Scirpus equiſeti capitulo majori alter. *Scheuch. hiſt.* 361. *Celſ. upſ.* 31.
*Suecis* Knapp-Säf.
Habitat *in foſſis, paludibus, ripis, fluviis, lacubus frequentiſſimus.*

42. SCIRPUS culmo ſtriato nudo, ſpica bivalvi terminatrice longitudine calycis, radicibus ſquamula interſtinctis.
Scirpus folio culmi vnico. *Fl. lapp.* 20.
Scirpus caule duro ſtriato, ſpica bivalvi minima. *Hall. helv.* 249.
Scirpus montanus, capitulo breviore. *Scheuch. hiſt* 363. *t.* 7. *f.* 18.
*Suecis* Myr-Säf.
Habitat *in paludibus ceſpitoſis turfas conſtituens vulgatiſſimus in ſylueſtribus provinciis.*

43. SCIRPUS culmo tereti nudo ſetæformi, ſpica ovata bivalvi teminatrice, ſeminibus nudis.
Scirpus ſpica bivalvi ſpadicea obeſiore. *Hall. helv.* 249.
Scirpus magnitudine aciculæ. *Fl. lapp.* 21.
Scirpus omnium minimus, capitulis equiſeti. *Rudb. elyſ.* 1. *p* 107.
Scirpus omnium minimus, capitulo longiore. *Tournef. inſt.* 528.
Scirpus minimus ſpica breviore ſquamoſa ſpadicea. *Scheuch. hiſt.* 364. *Celſ. upſ.* 31.
Juncellus minimus capitulis equiſeti. *Bocc. rar.* 42. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 234. *ſ.* 8. *t.* 10. *f.* 37. *Pluk. alm.* 201. *t.* 40. *f.* 7.
*Suecis* Nål-Säf.
Habitat *ad ripas fluviorum et lacuum ſæpius ſub ipſa aqua.*

## ERIOPHORUM.

44. ERIOPHORUM culmo folioſo tereti, foliis planis.
Eriophorum ſpicis pendulis. *Fl. lapp.* 22. *Hort. cliff.* 22.

Lina-

Linagroſtis foliis planis, ſpicis multiplicibus. *Hall. helv.* 250.

Linagroſtis panicula ampliore. *Tournef. inſt.* 664. *Scheuch. hiſt.* 306. *Celſ. upſ.* 23.

Gramen pratenſe tomentoſum, panicula ſparſa. *Bauh. pin.* 4. *theat.* 60. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 36. *f.* 2.

Gramen eriophorum. *Dod. pempt.* 562.

β. Linagroſtis panicula minore. *Tournef. inſt.* 664. *Vaill. pariſ.* 117. *t.* 16. *f.* 1. *Celſ. upſ.* 23.

γ. Linagroſtis paluſtris anguſtifolia, panicula ſparſa, pappo rariore. *Scheuch. hiſt.* 308.

*Suecis* Æng-ull. *Weſtrobothn.* Myrkulla. *Lappis* Geechen nivo. *Oſtrogothis* Ængdun. *Smolandis* Madun.

Habitat *in pratis humidis, paludibus, ceſpitoſis.*

45. ERIOPHORUM culmis teretibus vaginatis, ſpica membranacea.

Eriophorum ſpica erecta, caule tereti. *Fl. lapp.* 23.

Eriophorum ſpica lanis involuta. *act. upſ.* 1736. *p.* 47.

Linagroſtis foliis teretibus, ſpica unica ſubrotunda. *Hall. helv.* 250.

Linagroſtis ſylvatica, ſpica ſimplici. *Rupp. jen.* 260. *Celſ. upſ.* 23.

Juncus alpinus, capitulo lanuginoſo ſ. ſchoenolagurus. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 23. *theat.* 188. *Scheuch. hiſt.* 302. *t.* 7. *f.* 1.

Gramen juncoides lanatum danicum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 224. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 6.

*Suecis* Har-ull.

Habitat *in paludibus alpinis locis deſertis et in ipſis alpibus Lapponicis.*

46. ERIOPHORUM culmis triquetris nudis, ſpica pappo breviore.

Eriophorum ſpica erecta, caule triquetro. *Fl. lapp.* 24.

Linagroſtis juncea alpina, capitulo parvo, tomento rariore *Scheuch. hiſt.* 305. *t.* 7. *f.* 4. *Celſ. upſ.* 23.

Linagroſtis foliis triquetris, ſpica unica oblonga. *Hall. helv.* 251.

Juncus alpinus bombycinus. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 6. *theat.* 188.

*Suecis* Kump-ull.

Habitat *in alpibus* Lapponicis, *inque ſylvarum deſertarum paludibus.*

# *DIGYNIA.*

## NARDUS.

47. NARDUS ſpica recta.

Nardus ſpica lineari. *Fl. lapp.* 40. *hort. cliff.* 22.

Gramen ſparteum juncifolium. *Bauh. pin.* 5. *theat.* 69. *Celſ. upſ.* 16. *Scheuch. hiſt.* 90.

Gramen ſparteum capillaceo folio et minus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 217. *ſ.* 8. *t.* 7. *f.* 8.

*Suecis* Æng-borſt. *Smolandis* Kaff-ſkiägg. *Weſtrobothnienſibus* Lapphâr.

Habitat *copioſe in* Norlandiæ, Roſlagiæ & Smolandiæ *pratis ſubhumidis ſterilioribus; rarius in reliquis provinciis.*

Uſus *nullus in pratis, breve eſt et falcem eludit, fœni meſſoribus invifum gramen.*

## PHALARIS.

48. PHALARIS panicula oblonga.

Arundo foliis planis, panicula ſpicata, ſpiculis confertis. *Hort. cliff.* 26.

Gramen arundinaceum ſpicatum. *Bauh. pin.* 6. *theat.* 94.

Gramen arundinaceum, acerosa gluma, noſtras. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 203. *ſ.* 8. *t.* 6. *f.* 41.

Gramen arundinaceum paniceum, diviſa panicula. *Loeſ. pruſſ.* 119.

Gramen aquaticum paniculatum, phalaridis ſemine. *Tourneſ. inſt.* 523. *Scheuch. hiſt.* 126.

*Suecis* Rör-Flen.

Ha-

Habitat *ad litora glareoſa lacuum et fluviorum paſſim.*
Obſ. *Tandem conſtitit* Phalaridis *characterem non conſiſtere in glumis carinatis. Hanc ſpeciem eſſe genuinam Phalaridis docent ſemina et panicula quaſi ſpicata, cum Phalaris officinarum non ſpicata ſed paniculata eſt.*

49. PHALARIS ſpica cylindrica.
Gramen typhoides aſperum primum. *Bauh. pin.* 4. *theat.* 51. *Scheuch. hiſt.* 61.
*Suecis* Sprängört.
Habitat *in paludibus ſpongioſis & ad ripas fluviorum & lacuum, in Weſtrobothnia, Oſtrobothnia, tota Finlandia, Uplandia, Dalekarlia, aliisque.*
Pharmac. CICUTÆ *Emplaſtrum.*
Uſus: *Probe eradicanda; non enim homini ſoli, ſed & bobus præſentaneum eſt venenum, quamvis Rivinus Boves hanc impune vorare & impenſe amare una cum Mappo ſtatuat. Vere enim* 1744. *radices ad littus maris nudæ jacebant, vel rejectæ & allatæ aliunde, vel ab aqua denudatæ, boves præſtantiſſimæ tres ad uſtrinam Roſlagiæ accendentes cum cuſtode, has vorabant, moriebanturque; unde radix mox ad me allata, ut, quæ & qualis eſſet, dicerem, inque hortum Academicum introducta, facile ſe prodidit.*

## ETHUSA.

240. ETHUSA. *Hort. cliff.* 100. *Roy. lugdb.* 109. *Hall. helv.* 433.
Cynapium. *Riv. pent.* 76.
Cicuta minor, petroſelino ſimilis. *Bauh. pin.* 160.
Cicuta tenuifolia. *Raj. hiſt.* 451.
Cicutaria fatua. *Lob. ic.* 280.
*Suecis* Wild-perſilja. *Uplandis* Glis.
Habitat *in hortis oleraceis pinguioribus paſſim.*
Uſus: *Caveant coqui, ne folia loco Apii petroſelini in cibum adhibeant, cum dementent eſa.*

SCAN-

## SCANDIX.

241. SCANDIX ſeminibus hiſpidis. *Hort. cliff.* 101. *Roy. lugdb.* 111. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 189.
Chærophyllum ſylveſtre, ſeminibus brevibus hirſutis. *Tournef. inſt.* 314.
Myrrhis ſylveſtris ſeminibus aſperis. *Bauh. pin.* 160.
Myrrhis ſylveſtris nova æquicolorum. *Col. ephr.* 1. *p.* 112.
Caucalis folio cerefolii. *Riv. pent.* 35.
Habitat *in aggeribus ruderatis & juxta domos* Calmariæ, *inque* Oelandia & Gotlandia; *nec non* Malmogiæ, Helſingburgi, Landscronæ.

242. SCANDIX ſeminibus nitidis ovato-ſubulatis. *Hort. cliff.* 101.
Cerefolium. *Riv. pent.* 43.
Chærophyllum ſativum. *Bauh. pin.* 152. *Tournef. inſt.* 314.
Chærefolium. *Dod. pempt.* 700.
*Suecis* Kyrfwel.
Habitat *in Gotlandiæ agris prope* Wisbyam.
Pharmac. Cerefolii *Herba*, *Semina*, *Aqua*.

## CHÆROPHYLLUM.

245. CHÆROPHYLLUM ſeminibus lævibus nitidis, petiolis ramiferis ſimplicibus *Hort. cliff.* 101. *Roy. lugdb.* 112.
Chærophyllum ſylveſtre perenne, cicutæ folio. *Tournef. inſt.* 314. *Fl. lapp.* 104.
Cerefolium ſylveſtre. *Riv. pent.* 44.
Myrrhis ſylveſtris, ſeminibus lævibus. *Bauh. pin.* 160.
Myrrhis ſylveſtris. *Frank. ſpec.* 22.
Myrrhis vulgaris. *Till. ab.* 47.
Cicutaria vulgaris. *Dod. pempt.* 701.
*Suecis* Hundluka. *Oſtrobothnienſibus* Hundfloka. *Smolandis* Hundakäxa. *Oſtro-Gothis* Hundkax. *Helſingis* Hundkumin.
Habitat *in pratis juxta ſepes & parietes frequentiſſimum.*
Pharmac. Cicutariæ *Herba.*

 Uſus.

Uſus: *Flore tingunt colore viridi. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 27.

244. CHÆROPHYLLUM caule maculato, geniculis tumidis. *Hort. cliff.* 102. *Roy. lugdb.* 112.
Chærophyllum ſylveſtre. *Bauh. pin.* 152.
Myrrhis annua vulgaris, caule fuſco. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 302. *ſ.* 9. *t.* 10. *f.* 7.
Myrrhis. *Riv. pent.* 49.
Anthriſcus plinii. *Dalech. hiſt.* 791.
Habitat *circa* Upſaliam *rarius*; *in Gotlandia prope* Wiſbyam; *in* Oelandia *juxta templum Kiöping*; *in* Scania ad *Oeſwidskloſter*, *Jordberga & Kragebolm.*

## CARUM.

245. CARUM. *Dod. pempt.* 299. *Riv. pent.* 55. *Fl. lapp.* 105. *Hort. cliff.* 106. *Roy. lugdb.* 116. *Hall. helv* 428.
Carum flore albo (& purpureo) *Rudb. cat.* 10. *hort.* 25. *Lind. wiksb.* 8.
Carvi. *Tournef. inſt.* 306.
Cuminum pratenſe, Carvi officinarum. *Bauh. pin.* 158.
*Suecis* Kumin. *Helſingis* Kummil. *Bahuſiis* Karf.
Habitat *in pratis*, *præſertim Norlandiæ*, *copioſe.*
Pharmac. CARVI *ſemina*, *Confectio*, *Aqua*, *Spiritus*, *Oleum.*

## PIMPINELLA.

246. PIMPINELLA foliolis ſubrotundis.
Pimpinella. *Hort. cliff.* 106.
Pimpinella minor. *Riv. pent.* 83. *Frank. ſpec.* 23. *Rudb. cat.* 33. *hort.* 87. *Fl. lapp.* 106.
Pimpinella ſaxifraga major altera. *Bauh. pin.* 159.
Tragoſelinum minus, Pimpinella minor. *Tabern. ic.* 88.
Tragoſelinum alterum majus. *Tournef. inſt.* 309.
β Pimpinella ſaxifraga minor. *Bauh. pin.* 159. foliis diſſectis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 285.
Tragoſelinum minus. *Tournef. inſt.* 309.
Saxifraga parva. *Dod. pempt.* 315.
Habitat *in paſcuis ſiccioribus & glareoſis vulgatiſſima.*

Phar-

Pharmac. Pimpinellæ nostr. *Radix*, *Herba*, *Semina*, *Conſerva*, *Eſſentia Aqua.*

## ÆGOPODIUM.

247. ÆGOPODIUM foliis caulinis ſummis ternatis. *Hort. cliff.* 107. *Roy. lugdb.* 115.
Podagraria. *Riv. pent.* 47.
Angelica ſylveſtris minor ſ. erratica. *Bauh. pin.* 155.
Herba Gerardi. *Dod. pempt.* 320.
*Suecis* Squallerkåhl. *Uplandis* Kirskåhl.
Habitat *in pomariis & oleraceis hortis nimis frequens.*

## APIUM.

248. APIUM foliolis caulinis cuneiformibus. *Hort. cliff.* 107.
Apium paluſtre & apium officinarum. *Bauh. pin.* 154.
Apium paluſtre. *Cam. epit.* 527.
Apium. *Riv. pent.* 88.
Eleoſelinum. *Dod. pempt.* 695.
*Suecis* Sellerie.
Habitat *in Scania juxta arcem* Landscronenſem. *J. Leche.*
Pharmac. Apii *Radix*, *Herba*, *Semina.*
Uſus: *Cultura mitefactum vulgo editur, etiam apud nos, crudum cum oleo.*
Obſ. *Paſtinacam ſylv. latif. C. B* inter *Scanenſes refert D. Leche, quam & nos aliquoties ad tuguria reperimus, ſed ſcientes omiſimus, uti modo e ſeminibus rejectitiis enatam, & vix ſe ſponte ſpeciem ſervaturam.*

# *TRIGYNIA.*

## OPULUS.

249. OPULUS. *Hort. cliff.* 109. *Roy. lugdb.* 243. *Gron. virg.* 149. *Hall. helv.* 463.
Opulus Ruellii. *Tourneſ. inſt.* 607.
Sambucus aquatica. *Cam. epit.* 977.
Sambucus aquatica, flore ſimplici. *Bauh. pin.* 456.

*Uplandis* Olwon & Fogelbär. *Scanis* Ularön. *Gotlandis* Quarkebär. *Oſtro-Gothis* & *Veſtro-Gothis* Hâlsbär. *Smolandis* Olgonträd. *Sudermannis* Vefbär.

Habitat *in pratis ſubhumidis nemoroſis.*

Obſ. *Glandularum paria communiter duo petiolis inſident, & eorundem petiolorum baſi paria plerumque duo dentium ſubulatorum apice interdum glandulam ferentes.*

## SAMBUCUS.

250. SAMBUCUS caule arboreo ramoſo, floribus umbellatis. *Roy. lugdb.* 243.

Sambucus caule perenni ramoſo. *Hort. cliff.* 109. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 189.

Sambucus fructu in umbella nigro. *Bauh. pin.* 456.

Sambucus. *Dod. pempt.* 845.

*Suecis* Fläder. *Scanis* Hyll. *Gotlandis* Fulbom.

Habitat *in* Scania *copioſe circa domos*; *in* Oelandia *vulgatiſſima inter Kiöpinge & Torslunda*, in Gotlandia *paſſim*; *in auſtrali parte* Bahuſiæ, *præcipue juxta oppidum Konghellam copioſe.*

Pharmac. SAMBUCI *Cortex*, *Folia*, *Flores*, *Baccæ*, *Semina*, *Rob*, *Conſerva*, *Aqua*, *Acetum*, *Oleum*, *Spiritus florum*, *Spiritus baccarum.*

251. SAMBUCUS caule herbaceo ſimpliciſſimo. *Virid. cliff.* 25. *Hort. cliff.* 110. *Roy. lugdb.* 243. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 190.

Sambucus humilis ſ. Ebulus. *Bauh. pin.* 456.

Ebulus. *Dod. pempt.* 381. *Fuchſ. hiſt.* 65. *Till. ic.* 102.

*Suecis* Sommarhyll. *Calmarienſibus* Mannablod.

Habitat CALMARIÆ *inter urbem & arcem copioſe.*

Pharmac. EBULI *Radix*, *Folia*, *Flores*, *Baccæ*, *Semina*, *Rob*, *Cortex.*

# TETRAGYNIA.

## PARNASSIA.

252. PARNASSIA. *Fl. lapp.* 108. *Hort. cliff.* 113. *Roy. lugdb.* 420. *Hall. helv.* 316.

Par-

Parnaſſia paluſtris & vulgaris. *Tournef. inſt.* 246.
Pyrola rotundifolia paluſtris noſtras, flore unico am-pliore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 505. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 3.
Ciſtus humilis paluſtris, hederæ folio perfoliata. *Pluk. alm.* 108.
Gramen parnaſſi albo ſimplici flore. *Bauh. pin* 309.
Gramen parnaſſi. *Rudb. cat.* 19. *hort.* 49. *Till. ab.* 32. *ic.* 7.
Gramen parnaſſium. *Dod. pempt.* 564.
*Uplandis* Slåtterblomſter. *Bahuſiis* Hwit-wiſil.
Habitat *in pratis humidis vulgatiſſima.*
Pharmac. HEPATICÆ ALBÆ *Herba, Flores.*

# *PENTAGYNIA.*

## STATICE.

253. STATICE caule nudo ſimpliciſſimo capitato. *Hort. cliff.* 115. *Roy. lugdb.* 191.
Statice. *Dalech. hiſt.* 1190. *Tournef. inſt.* 341.
Limonium majus, flore globoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 600.
Scabioſa montana, globoſo flore, gramineis floribus latioribus. *Herm. lugdb.* 540.
Armerius montanus tenuifolius major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 287.
Caryophyllus montanus major, flore globoſo. *Bauh. pin.* 211.
Gramen polyanthemum majus. *Dod. pempt.* 564.
*Bahuſiis* Strandblomſter.
Habitat *in* Scania *copioſe*; *in* Smolandia *ad Markaryd*; *in* Uplandia *paſſim præſertim in campis maritimis*; *ad* Landsort *copioſe. in* Bahuſia *omnium copioſiſſime.*

254. STATICE caule nudo ramoſo. *Hort. cliff.* 115. *Roy. lugdb.* 192. *Gron. virg.* 150. *Act. ſtockh.* 1743. *p.* 107.
Limonium maritimum majus. *Bauh. pin.* 192. *Tournef. inſt.* 342.
Limonium majus multis, aliis Behen rubrum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 876.

Valerianæ rubræ ſimilis. *Dod. pempt.* 351.

Habitat *in ripa maritima inſulæ* Lögholmenſis *paroeciæ Tanum. P. Kalm. ad* Kullen *&* Barſebæck *Scania. J. Leche.*

## LINUM.

255. LINUM caule dichotomo, foliis ovato-lanceolatis, corollis acutis. *Hort. cliff.* 114. *Roy. lugdb.* 434.

Linum catharticum. *Dal. pharm.* 261.

Linum pratenſe, floſculis exiguis. *Bauh. pin.* 214.

Alſine verna grabra, floſculis albis, vel linum minimum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 455.

Spergula bifolia, lini capitulis. *Loeſ. pruſſ.* 261. *t.* 80.

*Veſtro-Gothis* Willhör.

Habitat *in pratis declivibus per totam Sueciam frequens.*

256. LINUM caule dichotomo, floribus tetrandris tetragynis. *Hort. cliff.* 372. *Roy. lugdb.* 434. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 190.

Chamælinum vulgare. *Vail. pariſ.* 33. *t.* 4. *f.* 6.

Linocarpum ſerpilli folio, multicaule & multiflorum. *Mich. gen.* 23. *t.* 21.

Radiola vulgaris ſerpillifolia. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 161. *t.* 15. *f.* 3.

Polygonum minimum ſ. Millegrana minima. *Bauh. pin.* 282.

Habitat *in viis, ubi aquæ pluviales ſtagnant, ad templum* Stenbrohultenſe *in Smolandia.*

* Ceraſtium X. 5.

## DROSERA.

257. DROSERA ſcapis radicatis, foliis orbiculatis. *Fl. lapp.* 109. *Roy. lugdb.* 417.

Rorella vulgaris & officinarum. *Rupp. jen.* 102.

Ros ſolis, folio rotundo. *Bauh. pin.* 357.

Rorida ſ. Ros ſolis major. *Lob. ic.* 811.

Salſitora ſ. Ros ſolis. *Thal. herc. t.* 9. *f.* 1.

*Suecis* Mariæ Sileshår.

Habitat *in paludibus.*

Pharmac. Roris solis *Herba.* 285.

258. DROSERA ſcapis radicatis, foliis oblongis. *Fl. lapp.* 110. *Roy. lugdb.* 417.
Ros ſolis, folio oblongo. *Bauh. pin.* 357.
Ros ſolis. *Frank. ſpec.* 26. *Till. ic.* 10.
Rorida ſ. Solis Ros & Droſion recentiorum. *Lob. ic.* 811.
Salſirora ſ. Sponſa ſolis aut Ros ſolis vel Rorella. *Thal. herc.* 116. *t.* 9. *f.* 2.
Habitat *in paludoſis.*
Obſ. *Specie a priori vix ſufficienter differt, omnia enim conveniunt, excepta foliorum figura.*

## CRASSULA.

259. CRASSULA caule dichotomo, foliis linearibus, floribus quadrifidis.
Craſſula floribus quadrifidis. *Hort. eliz.* 497.
Sedum minimum annuum, flore roſeo tetrapetalo. *Vail. pariſ.* 181. *t.* 10. *f.* 2.
Habitat *in* Lapponia Lulenſi. *Prope* Upſaliam *verſus Vaxaliam in cavitate petræ aqua ſtagnante repleta.* O. *Celſius.*

## SIBBALDIA.

260. SIBBALDIA foliolis tridentatis. *Fl. lapp.* 111. *Roy. lugdb.* 276. *Hall. helv.* 342.
Pentaphylloides fruticoſum minimum procumbens, flore luteo, foliis ſericeis fragariæ ternis. *Pluk. alm.* 284. *t.* 212. *f.* 3.
Pentaphylloides pumila, foliis ternis ad extremitates trifidis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 256.
Fragariæ ſylveſtri affinis planta, flore luteo. *Sibb. ſcot.* 2. *p.* 25. *t.* 6. *f.* 1.
Habitat *in alpibus* Lulenſibus.

# *POLYGYNIA.*

## MYOSURUS.

261. MYOSURUS foliis integris. *Hort. cliff.* 117. *Roy. lugdb.* 493.

Myo-

Myoſurus *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 512. *Dill. gen.* 106.

Adonia puſilla ſegetalis, gramineis foliis ſpiſſis, flore obſoleto, ſpica caudam murinam æmulante. *Pluk. alm.* 12.

Ranunculus gramineo folio, flore caudato, ſeminibus in capitulum ſpicatum congeſtis. *Torunef. inſt.* 293.

Holoſteo adfinis Cauda muris. *Bauh. pin.* 190.

Cauda murina. *Dod. pempt.* 112. *Till. ic.* 108.

*Suecis* Muusrumpa.

Habitat *in collibus apricis exſuccis Scaniæ, Uplandiæ &c.*

## *Claſſis VI.*

# HEXANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### TULIPA.

262. TULIPA. *Hort. cliff.* 118.

Tulipa minor lutea gallica. *Bauh. pin.* 63.

Tulipa narbonenſis. *Cluſ. hiſt.* 151.

Lilionarciſſus narbonenſis montanus & parva Tulipa dononæi. *Lob. hiſt.* 63. *adv.* 51. *ic.* 124.

*Suecis* Wild-Tulpan.

Habitat *copioſiſſime circa Landinum.*

Obſ. *Non eſt dubium, quin hæc e ſeminibus ex hortis rejectis primum diſperſa fuerit; ſed demum climati adſueta nunc indigena facta ſit, uti plures aliæ plantæ, e. g. Berberis, Groſſularia &c. non tamen huic jus civitatis Suecanæ negare licet, cum ſe propriis ſeminibus hodie ſponte propaget, nec exſtirpari poſſit hyemum noſtratum ſævitia. Sic & Fritillaria hodie ſponte creſcit in prato regio Upſalienſi ſat copioſe, obſervante Lib Barone. H. Car. Bielke; cum autem adhuc in unico loco ſit obſervata, noluimus Fritillariam, Nicotianam rotundifoliam, ſimilesque aſſociare; licet nullus dubitem, quin poſt*

100. *annos & hæ & longe plures erint inquilinæ, quæ hodie tanquam extraneæ hortenſium cohortem intrant.*

## ALLIUM.

263. ALLIUM foliis lanceolatis, ſcapo nudo ſemicylindraceo, bulbo ſetis obvallato. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 191.

Allium foliis radicalibus lanceolatis petiolatis, floribus umbellatis. *Roy, lugdb.* 39. *Hall. helv.* 297.

Allium ſylveſtre latifolium. *Bauh. pin.* 74.

Allium urſinum latifolium. *Lob. ic.* 159.

Allium urſinum. *Cam. epit.* 330.

*Gotlandis* Rams *Vadſtenenſibus* S. Britæ Lök.

Habitat *in* Scaniæ *inſula Lybeck, J. Leche. in* Roſlagiæ *maritimis, O. Celſius. in* Gotlandiæ *nemoribus umbroſis, Nos.*

Uſus: *in Lupuletis dicitur arcere plantas alias luxuriantes; in hortis arcere talpas; in domibus glires; ſed experimenta nondum ſufficiunt. Hoc certum: in paſcuis boum lac ſapore alliaceo inficit.*

## CEPA.

264. CEPA ſcapis foliisque ſubulatis teretibus æqualibus: ſpathis globoſis. *It. oel. jun.* 2.

Cepa ſcapo longitudine figuraque foliorum, foliis ſubulatis filiformibus, ſpathis globoſis. *Hort. cliff.* 136.

Cepa alpina paluſtris tenuifolia. *Tournef. inſt.* 383.

Allium montanum, capite rotundo. *Bauh. pin.* 75. *Celſ. upſ.* 1.

*Suecis* Graslök *Oelandis* Alwarlök.

Habitat *in aridiſſimis calcariis petris* Oelandiæ & Gotlandiæ *copioſiſſime. in* Roſlagiæ *littoribus paſſim.*

Obſ. *Porrum ſectivum juncifolium, nobis* Graslök, *in quotidiano uſu domeſtico notum, cum hac noſtra unam eandemque eſſe plantam, docuit cultura in horto academico, at vix diſtinguatur, niſi quod ſectilis apicibus foliorum recurvis primum prodeat, quod in ſylveſtri minus manifeſtum.*

265. CEPA capitulo bulboſo prolifero, foliis ſemiteretibus novemangularibus ſcabris fiſtuloſis.

Porrum radice ſolida, caule erecto, capitulo bulbifero. *Roy. lugdb.* 40.

Allium campeſtre juncifolium capitatum purpuraſcens majus. (*Bauh. pin.* 14.) *Celſ. upſ.* 1.

Scorodopraſon montanum juncifolium, capite crinito, nucleis & floribus purpuraſcentibus. *Mich. gen.* 24.

*Suecis* Ånglök. *Oelandis* Hundlök.

Habitat *in agris requietis, lupuletis, pratis montoſis & nemoribus frequentiſſima planta.*

Deſcr. RADIX *bulbus ſolidus.* CULMUS *bipedalis & tripedalis erectus vel parum apice inclinatus, lævis, non ſtriatus, teres, ſolidus; vaginæ etiam teretes.* FOLIA *alterna, pauca inferne vaginantia, dein lineari ſemiteretia intus cava. ſupra plana, ſubtus una cum marginibus lateralibus* 9 *angulis ſ. ſtriis elevatis denticulisque cartilagineis ſcabris in omni ſtria elevata.* SPATHA *diphylla, extremitate altera in folium ſetiforme longiſſimum excurrente.* CAPUT *globoſum ex bulbis ovatis brunneis acutis ruffis, inter quos prodeunt* PEDUNCULI *filiformes uniflori multi capitulo multo longiores, ferentes* FLOREM *nutantem, cylindrico-campanulatum ſubruffum,* PETALIS *ſex carinatis æqualibus, connexis in unum petalum baſi ſtaminum coadunata.* STAMINA *ſubulata, non bifida, longitudine fere corollæ.* GERMEN *teretiuſculum, obtuſum, apice trigonum;* STYLO *ſubulato,* STIGMATE *acuto.* PUNCTA *minutiſſima alba nudis oculis vix conſpicua per totam plantam, folia, vaginas, culmum ſparſa.*

## PORRUM.

266. PORRUM capitulo bulboſo erecto, foliis planis ſubcrenatis, vaginis ancipitibus. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 191. *it. oel.* 60.

Allium ſylveſtre amphicarpon, foliis porraceis, floribus & nucleis purpureis. *Raj ſyn.* 3. *p.* 370. *deſcr.*

*Gotlandis* Keipe. *Oelandis* Gräslök.

Ha-

Habitat *in* Oelandiæ & Gotlandiæ *pratis.* Helſingburgi.

Uſus: *Oelandi primo vere cum oleribus & braſſica coquunt. Gotlandi, præſertim Romani, ſaporem ejus percipiunt in lacte, imo & in ipſo butyro.*

## ANTHERICUM.

277. ANTHERICUM foliis planis, corollis planis deciduis.

Anthericum foliis gramineis planis, corollis planis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 191.

Phalangium, parvo flore, ramoſum. *Baub. pin.* 29. *Tournef. inſt.* 368.

Phalangium majus. *Cam. epit.* 580.

Phalangium ramoſum. *Dod. pempt.* 106.

Habitat *in* Gotlandia *juxta pagum Hall & in monte* Thorsburgo; *eandem plantam e* Scania *miſit D. Lecbe.*

268. ANTHERICUM foliis enſiformibus, filamentis lanatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 190.

Anthericum ſcapo folioſo laxe ſpicato, filamentis villoſis. *Fl. lapp.* 136. *Roy. lugdb.* 45.

Narthecium Moehring. *E. N. C.* 1742. *p.* 389. *t.* 5. *f.* 1.

Phalangium anglicum paluſtre, iridis folio. *Tournef. inſt.* 368.

Aſphodeliris major paluſtris lutea odora noſtras. *Moehr. hort.* 14.

Aſphodelus luteus paluſtris. *Dod. pempt.* 208.

Pſeudo-aſphodelus paluſtris anglicus. *Baub. pin.* 29.

Gramen oſſifragum. *Bart. act.* 2. *p.* 126. 232. & 4. *p.* 99.

Gramen norwegicum oſſifragum. *Paull. quadr.* 529.

*Smolandis* Ilagräs.

Habitat *in* Smolandiæ *territorio Albo, præſertim in paroecia* Stenbrohult.

Uſus: *Ovibus creditur noxia apud ruſticos Smolandiæ.*

269. ANTHERICUM foliis enſiformibus, perianthiis trilobis, filamentis glabris.

An-

Anthericum foliis enſiformibus, filamentis glabris. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 191.
Anthericum filamentis lævibus, perianthio trifido. *Gron. Virg.* 39. *Hort. cliff.* 140.
Anthericum ſcapo nudo capitato, filamentis glabris. *Fl. lapp.* 137. *t.* 10. *f.* 3.
Statice montana minor. *Rudb. lapp.* 100.
Phalangium alpinum paluſtre, iridis folio. *Tournef. inſt.* 368.
Pſeudo-aſphodelus alpinus. *Bauh. pin.* 29.
Pſeudo-aſphodelus 2. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 198.
β Phalangium ſcoticum paluſtre minimum, iridis folio. *Tournef. inſt.* 369. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 375.
Habitat *in Gotlandia ad pagum* Hau *in pratis depreſſis; in alpibus* Lapponicis *longe frequentior.*
Obſ. *Mira planta liliacea perianthio inſtructa! facies cum antecedenti una eademque vix permittit ut diſtinguatur genere, multo minus claſſe naturali.*

## ORNITHOGALUM.

270. ORNITHOGALUM ſcapo anguloſo diphyllo, pedunculis umbellatis ſimplicibus.
Ornithogalum ſcapo diphyllo, pedunculis ſimplicibus terminatricibus, filamentis ſubulatis. *Hort. cliff.* 124.
Ornithogalum luteum. *Bauh. pin.* 71.
Ornithogalum. *Till. ab.* 50. *ic.* 151.
Stellaris arvenſis, flore luteo umbellato. *Dill. gen.* 110. *giſſ.* 38.
Bulbus ſylveſtris. *Dod. pempt.* 222.
Pyrrhochiton. *Ren. ſpec.* 91. *t.* 90.
*Oſtro-Gothis* Wäfferdagslök.
Habitat *in hortis oleraceis umbroſis.*
Uſus: *in annonæ charitate bulbi eſculenti ſunt.*

271. ORNITHOGALUM ſcapo angulato diphyllo, pedunculis umbellatis ramoſis.
Ornithogalum luteum minus. *Bauh. pin.* 71.
Ornithogalum pannonicum, luteo flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 189.

Hypoxis *Ren. ſpec.* 92.

Habitat *in hortis oleraceis*, Uplandiæ *præſertim.*

Obſ. *Hæc creſcit mixta cum præcedenti, at non ubique, eſt enim hæc longe rarior. Differt non ſolum magnitudine, quam præcedenti cedit, ſed petala in hac acuminatiſſima, in illa obtuſiſſima ſunt; inſuper pedunculi in hac ramoſi, in illa ſemper ſimplices.*

## ASPARAGUS.

272. ASPARAGUS foliis ſetaceis, caule herbaceo. *Roy. lugdb.* 28. *Hort. cliff.* 120.

Aſparagus ſylveſtris, tenuiſſimo folio. *Bauh. pin.* 490.

Aſparagus ſylveſtris matthioli. *Dalech. hiſt.* 610.

Aſparagus pratenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 725.

*Suecis* Wild-Sparis.

Habitat *prope* Malmogiam *Scaniæ in ſylva Alnarpenſi. J. Leche.*

Pharmac. Asparagi *Radix, Semina.*

Uſus: *Cultura tranſiit in aſparagam ſativum.*

## CONVALLARIA.

273. CONVALLARIA ſcapo nudo. *Fl. lapp.* 112. *Hort. cliff.* 124. *Roy. lugdb.* 26.

Lilium convallium album. *Bauh. pin.* 304.

Lilium convallium, flore albo. *Rudb. cat.* 25. *hort.* 65.

Lilium convallium. *Rudb. vall.* 21. *Frank. ſpec.* 18. *Till. ab.* 39. *ic.* 144.

*Suecis* Lilium Convallium. *Weſtro-Gothis* Lillekongvalle. *Smolandis* Lillecovalle. *Helſingis* Liliecovallie. *Oſtro-Gothis* Lilcovallie. *Oſtrobotnienſibus* Haaröron.

Habitat *in pratis montoſis ubique vulgatiſſima.*

Pharmac. Lilii convallium *Flores, Conſerva, Aqua, Spiritus per ferment. Spiritus cum ſpiritu vini.*

274. CONVALLARIA foliis alternis, floribus ex alis. *Hort. cliff.* 124. *Roy. lugdb.* 26.

α Polygonatum latifolium vulgare. *Bauh. pin.* 303. *Cluſ. hiſt.* 275.

Polygonatum vulgo Sigillum Salomonis. *Bauh. hiſt. 3. p. 529.*
Polygonatum. *Till. ab. 31.*
β Polygonatum latifolium maximum. *Bauh. pin. 303.*
Polygonatum latifolium 1. *Cluſ. hiſt. 1. p. 275.*
γ Polygonatum latifolium, flore majore odoro. *Bauh. pin. 303.*
Polygonatum floribus ex ſingularibus pediculis. *Bauh. hiſt. 3. p. 530.*
Habitat *in præcipitiis montium.*
Pharmac. SIGILLI SALOMONIS *Radix.*
Obſ. *Varietas γ. minor, pedunculis unifloris, corollis majoribus; α media, pedunculis multifloris; β maxima, pedunculis multifloris, umbellis anguſtioribus.*

275. CONVALLARIA foliis verticillatis. *Fl. lapp.* 114. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugdb.* 26. *Lech. ſcan.* 24.
Polygonatum anguſtifolium non ramoſum. *Bauh. pin.* 303.
Polygonatum anguſtifolium. *Dalech. hiſt.* 1623.
Polygonatum alterum. *Dod. pempt.* 345.
Habitat *in montibus; in occidentali alpium* Lapponicarum *latere copioſe; in* Scania *paſſim.*

276. CONVALLARIA foliis cordatis. *Fl. lapp.* 113. *Hort. cliff.* 125. *Roy. lugdb.* 26.
Monophyllum. *Raj. hiſt.* 668.
Unifolium. *Dalech. hiſt.* 1260. *Dill. gen.* 138.
Lilium convalium minus. *Bauh. pin.* 304.
Smilax unifolia humillima. *Tournef. inſt.* 654.
Ophris. *Till. ic.* 11.
Gramen parnaſſi. *Cam. epit.* 744.
*Smolandis* Ikornebär.
Habitat *in pratis depreſſis nemoroſis ſterilioribus frequens.*

## ACORUS.

277. ACORUS. *Roy. lugdb.* 6. *Hall. helv.* 258.
Acorus verus ſ. Calamus aromaticus officinarum. *Bauh. pin.* 34. *theat.* 626. *Hort. cliff.* 137.

Cala-

Calamus aromaticus. *Pet. gen.* 49.
Typha aromatica, clava rugoſa. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 4.
Habitat *in foſſis, piſcinis & paludibus in* Uplandia & Bahuſia *rarius, in* Scania *copioſius.*
Pharmac: Calami vulgaris *Radix, Aqua, Spiritus, Extractum, Condita.*

## JUNCUS.

278. JUNCUS culmo nudo ſtricto, capitulo laterali. *Roy. lugdb.* 44.
Juncus lævis panicula conglomerata. *Scheuch. hiſt.* 343.
Juncus lævis panicula non ſparſa. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 183.
Juncus. *Cam. epit.* 780.
*Suecis* Knapp-Togh. *Smolandis* Togh.
Habitat *in paſcuis paludoſis.*
Uſus: *ad Lucernas & nugas monialium.*

279. JUNCUS culmo nudo ſtricto, panicula laterali. *Roy. lugdb.* 44.
α Juncus culmo nudo acuminato ad baſin ſquamato, floribus pedunculatis. *Fl. lapp.* 117.
Juncus lævis panicula ſparſa major. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 182. *Rud. elyſ.* 1. *p.* 102. *f.* 2. *Scheuch. hiſt.* 341.
Juncus lævis. *Dod. pempt.* 606.
β Juncus culmo nudo acuminato ad baſin ſquamato, floribus ſeſſilibus. *Fl. lapp.* 116. *Hall. helv.* 254.
Juncus alpinus, capitulo glomerato e nigro ſplendente. *Scheuch. alp.* 40. *t.* 5. *f.* 2.
Juncoides alpinum, floſculis junci glomeratis atrofuſcis. *Scheuch. hiſt.* 323.
Scirpus foliatus paluſtris cum mucrone rigido. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 103.
*Suecis* Weke-Togh.
Habitat *α in paludibus ſylvarum, at β in alpibus Lapponicis.*
Uſus *ad corbes & naſſas.*

280. JUNCUS culmo nudo nutante, panicula laterali. *Roy. lugdb.* 253.
Juncus parvus, calamo ſupra paniculam longius producto. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 432. *Fl. lapp.* 118. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 104. *f.* 15.
Juncus lævis, panicula ſparſa minor. *Bauh. pin.* 12. *theatr.* 183. *Scheuch. hiſt.* 347.
β Juncus lævis, calamo ſupra paniculam non ſparſam longiori. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 104. *f.* 3.
*Suecis* Tråd-Togh.
Habitat *in ſylvarum apricis paludoſis.*
Obſ. *Culmi in hoc filiformes, anguſti, ut infimi vix erecti ſtare queant; panicula (ſæpe non expanſa) in medio culmi.*

281. JUNCUS culmo nudo, foliis floribusque tribus terminatricibus. *Fl. lapp.* 119. *Roy. lugdb.* 43. *Hall. helv.* 253.
Juncus acumine reflexo, minor vel trifidus. *Bauh. prodr.* 22. *t.* 22. *theatr* 186. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 203. *f.* 3. *interior.*
Juncus trifidus. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 251. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 205. *f.* 5.
Juncoides alpinum trifidum. *Scheuch. hiſt.* 325.
*Suecis* Klyn-Togh.
Habitat *in alpibus* Lapponicis & Dalekarlicis *ubique.*

282. JUNCUS culmo nudo, foliis ſetaceis, capitulis glomeratis aphyllis.
Juncus foliis ſetaceis, culmo nudo, capitulis conglomeratis terminatricibus. *Roy. lugdb.* 44.
Juncus foliis duris carinatis, caule nudo, floribus cartilaginoſis nitentibus in raram paniculam congeſtis. *Hall. helv.* 254.
Juncus montanus paluſtris. *Raj. hiſt.* 103. *ſyn.* 3. *p.* 432. *Fl. lapp.* 121.
Juncus parvus cum pericarpiis rotundis. *Vaill. pariſ.* 110.

Jun-

Junco adfinis, panicula laxa ſ. longioribus pediculis inſiſtente. *Scheuch. hiſt.* 310.

Gramen junceum, foliis & ſpica junci. *Bauh. pin.* 5. *theat.* 78. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 228. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 13.

Gramen junceum, ſemine acuminato. *Loeſ. pruſſ.* 115. *f.* 29. *

*Suecis* Borſt-Togh.

Habitat *in paludibus ceſpitoſis turfoſisque paſſim.*

283. JUNCUS culmo dichotomo, foliis angulatis, floribus ſolitariis ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 43. *Hall. helv.* 254.

Juncus paluſtris humilior, panicula laxiſſima. *Rupp. jen.* 130. *Fl. lapp.* 122.

Juncus paluſtris humilior erectus. *Tournef. inſt.* 246.

Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis. *Bauh. pin.* 7. *theat.* 100. erectum. *Scheuch. hiſt.* 327.

Holoſteum. *Lob. ic.* 18.

β Juncus paluſtris humilior repens. *Tournef. inſt.* 246.

Gramen nemoroſum, calyculis paleaceis, repens. *Scheuch. hiſt.* 327.

*Suecis* Kryp-Togh.

Habitat *in udis, ad foſſas, & ubi aquæ ſtagnarunt frequens.*

284. JUNCUS foliis linearibus canaliculo-concavis, capſulis obtuſis.

Juncus foliis angulatis, culmo ſubnudo, panicula terminatrice prolifera, capſulis ovatis. *Roy. lugdb.* 43.

Juncus maximus bulbifer, foliis teretibus non articuloſis, capitulis florum umbellatis nigricantibus. *Mich. gen.* 39.

Juncus parvus repens, capſulis triangularibus. *Vaill. pariſ.* 110.

Gramen junceum minimum, capſulis triangulis. *Raj. hiſt.* 1307. *ſyn.* 3. *p.* 434.

*Suecis* Stubb-Togh.

Habitat *in ericetis & paſcuis humentibus circa* Upſaliam *& alibi non infrequens.*

285. JUNCUS foliis nodoſo-articulatis.
Juncus foliis articuloſis, panicula inæquali, capitulis ſeſſilibus, capſulis ſubulatis triquetris. *Roy. lugdb.* 43.
Juncus foliis articuloſis, floribus umbellatis. *Tourneſ. inſt.* 247. *Fl. lapp.* 120.
Gramen junceum, folio articulato, aquaticum. *Baub. pin.* 5. *prodr.* 12. *theatr.* 76. * *Scheuch. hiſt.* 331. *Raj. hiſt.* 1307.
β Juncus foliis articuloſis, floribus umbellatis cum utriculis. *Tourneſ. inſt.* 247. *Celſ. upſ.* 19.
γ Juncus nemoroſus, folio articuloſo. *Tourneſ. inſt.* 247. *Celſ. upſ.* 19.
Gramen junceum, folio articuloſo, ſylvaticum. *Baub. pin.* 5. *theatr.* 75. *Scheuch. hiſt.* 334.
*Suecis* Ryll-Togh.
Habitat *ad ripas fluviorum & lacuum paſſim.*
Obſ. *Dum folia digitis comprimuntur vel etiam luci objiciuntur, apparent interni iſthmi, ut proprie articulata non ſit, ſed modo iſthmis interne diſtincta.*

286. JUNCUS foliis planis, gluma triflora aphylla terminatrice.
Juncus gluma triflora culmum terminante. *Fl. lapp.* 115. *t.* 10. *f.* 5.
Juncus exiguus montanus mucrone carens. *Baub. pin.* 12. *prodr.* 22. *theatr.* 103. *Raj. hiſt.* 1304. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 223. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 103. *f.* 8.
*Suecis* Laps-Togh.
Habitat *in alpibus* Lapponicis.
Obſ. *Folia ad radicem vaginantia culmum, plana, graminea. Culmus abſque ramis aut foliis terminatur gluma, intra quam floſculi tres ſeſſiles.*

287. JUNCUS foliis planis piloſis, corymbo ramoſo.
Juncus foliis planis, panicula diffuſa, pedunculis proliferis, floſculis intermediis ſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 43.
Juncus nemoroſus latifolius major. *Tourneſ. inſt.* 246. *Fl. lapp.* 123.

Gra-

Gramen nemoroſum hirſutum latifolium majus. *Baub. pin.* 7. *theat.* 101. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 225. *ſ.* 8. *t.* 9. *f.* 1. *

Gramen hirſutum latifolium minus. *Scheuch. hiſt.* 315.

Gramen nemoroſum hirſutum vulgare. *Raj. hiſt.* 1292.

Cyperella nemorenſis capitulis in ſingulis petiolis, latifolia. *Rupp. jen.* 130.

β Juncus foliis planis, culmo paniculato, floribus ſparſis. *Fl. lapp.* 124.

Gramen latifolium glabrum, granis hirſuti primi facie. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 63. *f.* 8.

Gramen hirſutum memoroſum anguſtifolium alpinum, paniculis obſcure rufeſcentibus. *Scheuch. hiſt.* 312.

*Suecis* Il-Togh.

Habitat α. *in ſylvis denſis acifoliis*; β. *vero in alpibus* Lapponicis.

288. JUNCUS foliis planis, ſpica ſeſſili pedunculatisque.

Juncus foliis planis, panicula rara, ſpicis ſeſſilibus & pedunculatis. *Hort. cliff.* 137. *Roy. lugdb.* 42.

Juncus villoſus, capitulis pſyllii. *Tournef. inſt.* 246. *Fl. lapp.* 126.

Juncoides villoſum, capitulis pſyllii. *Scheuch. hiſt.* 310.

Cyperella capitulis pſyllii. *Rupp. jen.* 130.

Gramen hirſutum capitulis pſyllii. *Baub. pin.* 7. *theat.* 103. *prodr.* 15.

β Juncus foliis planis, culmo paniculato, ſpicis ovatis. *Fl. lapp.* 127. *t.* 10. *f.* 2.

*Suecis* Kniple-Togh.

Habitat *ubique in ſicciori bus graminoſis*, *at* β *in alpibus* Lapponicis.

289. JUNCUS foliis planis, ſpica ramoſa nutante. *Fl. lapp.* 125. *t.* 10. *f.* 4.

Juncus alpinus latifolius, panicula racemoſa nigricante. *Till. piſ.* 91. *Mich. gen.* 42.

Gramen nemoroſum, ſpica ſubnigra recurva. *Baub. pin.* 7. *theat.* 98.

*Suecis* Ax-Togh.

Habitat *in alpibus* Lapponicis.

## BERBERIS.

290. BERBERIS ſpinis triplicibus. *Hort. cliff.* 122. *Roy. lugdb.* 438. *Hall. helv.* 424.
Berberis dumetorum. *Bauh. pin.* 454.
Berberis vulgaris ſ. Creſpinus. *Cam. epit.* 86.
Oxyacantha galeni. *Tabern. ic.* 1035.
*Suecis* Berberis.
Habitat *paſſim in ſylvis* Uplandiæ.
Pharmac. Berberidis *Baccæ*, *Rob*, *Condita*, *Succus*, *Syrupus*, *Rotulæ*, *Semina*.
Uſus *in opere topiario*.

## PEPLIS.

291. PEPLIS. *Fl. lapp.* 128. *Hall. helv.* 406.
Portula. *Dill. giſſ.* 120. 239. *app.* 133.
Portulaca ſpuria aquatica. *Rupp. jen.* 107.
Glaucoides paluſtre, portulacæ folio, flore purpureo. *Mich. gen.* 21. *t.* 18.
Glaux paluſtris, flore ſtriato clauſo, foliis portulacæ. *Tournef. inſt.* 82. *Pet. gen.* 43. *f.* 43.
Glaux aquatica, folio ſubrotundo. *Loeſ. pruſſ.* 106. *t.* 20.
Serpyllifolia aquatica, *Bauh. holl.* 194.
Alſine paluſtris minor ſerpyllifolia. *Bauh. pin.* 120. *prodr.* 118.
Habitat *ubi aquæ hyemales & nivales ſtagnant*.

# TRIGYNIA.

## RUMEX.

292. RUMEX floribus hermaphroditis, valvulis integerrimis planis, (*Hort. cliff.* 138.) foliis cordato-lanceolatis.
Rumex foliis cordato-oblongis acuminatis integris. *Fl. lapp.* 129.
Lapathum folio acuto criſpo. *Bauh. pin.* 115.
Lapathum acutum *Till. ab.* 38. criſpum. *Frank. ſpec.* 18.

Sme-

*Smolandis* Skräppa. *Suecis* Hæſt-ſyra.

β Lapathum aquaticum, folio cubitali. *Baub. pin.* 116.
Herba britannica vera. *Munt. brit. t.* 1.

Habitat *α paſſim ad vias humidiores & agrorum margines, β ad ripas fluviorum, foſſarum.*

Obſ. *β in flora Helvetica notatur valvulis ſeminum dentatis, ſed noſtra omnis integerrimis gaudet.*

293. RUMEX floribus hermaphroditis, valvulis dentatis granulo incumbente notatis. *Hort. cliff.* 138. *Roy. lugdb.* 229.

Lapathum acutum. *Raj. hiſt.* 175.

Lapathum acutum ſ. Oxylapathum. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 983.

β Lapathum aquaticum, anguſtiſſimo acuminato folio. *Bocc. muſ.* 2. *p.* 143. *t.* 104.

Rumex floribus hermaphroditis, valvulis dentatis, foliis linearibus. *Lesb. ſcan.* 26.

Habitat *in humidiuſculis, at varietas β in maritimis* Scaniæ *ad Lomma & Landscronam.*

Pharmac. Lapathi acuti *Radix, Herba, Semina.*

Obſ. *Varietas β differt foliis linearibus anguſtiſſimis, valvulis interioribus ſemina involventibus magis dentatis, etiam granulo incumbente diſtincta, proin ſpecie non diſtinguo.*

294. RUMEX floribus hermaphroditis digynis. *Hort. cliff.* 138. *Roy. lugdb.* 230.

Rumex foliis orbiculatis emarginatis. *Fl. lapp.* 132.

Acetoſa britannica rotundifolia, fructu compreſſo, *Blair. obſ.* 67. *t.* 67.

Acetoſa rotundifolia repens eboracenſis, folio in medio deliquium patiente. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 583. *ſ.* 5. *t.* 36. *f. penult.*

Acetoſa repens weſtmorlandica, cochleariæ foliis apicibus nonnihil ſinuatis. *Pluk. alm.* 8. *t.* 252. *f.* 2.

Acetoſa rotundifolia alpina. *Baub. pin.* 55. *prodr.* 114.

Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequens.*

Obſ. *Exemplo eſt hæc planta numerum ſtaminum, petalorum, piſtillorum genera naturalia non facere, ut recte docet*

*docet* Cl. Hallerus, *ſi abſolute aſſumantur absque proportionis explicatione; ſed & docet ſiguram, proportionem, ſitum & notas eſſentiales genericas probe obſervandas eſſe, ne genera hypothetica introducantur, ſed ut naturalia ſancte ſerventur.*

295. RUMEX floribus dioicis, foliis oblongo-ſagittatis. *Virid. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Fl. lapp.* 130. *Roy. lugdb.* 231.

α Lapathum acetoſum vulgare. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 143

Acetoſa pratenſis. *Bauh. pin.* 14.

Acetoſa major pratenſis. *Lind. wiksb.* 1.

*Suecis* Syra.

| | |
|---|---|
| Acetoſa ſemine vidua. *Hort. pariſ.* 4. Acetoſa ſterilis moſchovitica. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 583. | Acetoſa major. *Cam epit.* 230, |

β Acetoſa montana maxima. *Bauh. pin.* 114.

*Lappis* Juemo.

| | |
|---|---|
| Acetoſa ſylvatica maxima ſterilis. *Till. piſ.* 179. | Acetoſa ſylvatica maxima fructifera. *Till. piſ.* 179. |

Habitat *ubique in pratis & nemoribus.* β *vero in alpibus* Lapponicis.

Pharmac. Acetosæ nostr. *Radix, Herba, Conſerva, Syrupus, Aqua, Semina.*

Obſ. *Quæ in hortis colitur foliis maximis, inſtruitur floribus hermaphroditicis nec dioicis.*

296. RUMEX floribus dioicis, foliis lanceolato-haſtatis. *Virid. cliff.* 32. *Hort. cliff.* 139. *Fl. lapp.* 131. *Roy. lugdb.* 231.

α Lapathum acetoſum repens lanceolatum. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 143.

Acetoſa arvenſis lanceolata. *Bauh. pin.* 114.

| | |
|---|---|
| Acetoſa arvenſis lanceolata ſterilis. *Till. piſ.* 179. Acetoſa arvenſis lanceolata ſemine vidua. *Vaill. pariſ.* 2. | Acetoſa arvenſis lanceolata fructifera. *Till. piſ.* 179. |

β Ace-

β Acetoſa lanceolata anguſtifolia repens. *Bauh. pin.* 114. *prodr.* 55.
Acetoſa minima tota rubra. *Mentz. pug.*
γ Acetoſa arvenſis minima non lanceolata. *Bauh. pin.* 114.
Acetoſa arvenſis minima non lanceolata, ſemine vidua. *Vaill. pariſ.* 2.
*Suecis* Berg-ſyra. *Oſtro-Gothis* Syrbilla.
Habitat *ubique in pratis ſiccis & tectis, at* β *præſertim in* Gotlandia *frequens.*

## SCHEUCHZERIA.

297. SCHEUCHZERIA. *Fl. lapp.* 133. *t.* 10. *f.* 1. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. helv.* 258.
Juncoidi adfinis paluſtris. *Scheuch. hiſt.* 336. *Celſ. upſ.* 19.
Juncus floridus minor. *Bauh. pin.* 12. *prodr.* 43. *theatr.* 190. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 525. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 110. *f.* 2.
Gramen junceum aquaticum, ſemine racemoſo. *Loeſ. pruſſ.* 114. *t.* 28.
*Suecis* S. Scheuchzers ört.
Habitat *in paludibus humo atra refertis, profundis, ceſpitoſis paſſim, copioſius in* Lapmarckia.

## TRIGLOCHIN.

298. TRIGLOCHIN capſulis trilocularibus linearibus. *Act. ſtockh.* 1742. *p.* 147.
Triglochin fructu tenui. *Fl. lapp.* 134. *Roy. lugdb.* 44. *Hall. helv.* 258.
Juncago paluſtris & vulgaris. *Tournef. inſt.* 266.
Gramen junceum ſpicatum ſ. Triglochin. *Bauh. pin.* 6. *theat.* 81. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 46. *t.* 46. *f. A.*
*Suecis* Kiärr-Sälting. *Oelandis* Sälting.
Habitat *in paſcuis udis paſſim.*
Uſus: *Boum delicatiſſimum pabulum & condimentum.*

299. TRIGLOCHIN capſulis ſex-locularibus ovatis. *Act. ſtockh.* 1742. *p.* 147.
Triglochin fructu ſubrotundo. *Fl. lapp.* 135.

Jun-

Juncago paluſtris & maritima perennis, fructu breviore quinquecapſulari. *Mich. gen.* 44.
Gramen ſpicatum alterum. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 82. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 45. *f.* 17.
*Suecis* Haf-Sälting. *Helſingis* Sältgräs.
Habitat *ubique in maritimis, etiam ſæpe a mari remotum, uti* Upſaliæ *in prato regio.*
Uſus: *hoc gramine etiam delectantur boves, utpote ſalſo.*

# POLYGYNIA.

## ALISMA.

300. ALISMA fructu obtuſo trigono. *Fl. lapp.* 138. *Hort. cliff.* 141. *Roy. lugdb.* 46.
Aliſma. *Dill. giſſ.* 126. *Rupp. jen.* 47.
Damaſonium lato plantaginis folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 35.
Ranunculus paluſtris, plantaginis folio. *Tournef. inſt.* 292.
Plantago aquatica latifolia. (& anguſtifolia.) *Bauh. pin.* 190.
Plantago aquatica. *Cam. epit.* 264.
*Suecis* Stäkra.
Habitat *ad ripas fluviorum & lacuum frequens.*
Uſus: *creditur præſentaneum venenum equis.*

301. ALISMA fructu globoſo undique echinato. *Hort. cliff.* 141. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 192.
Damoſonium umbellatum, anguſtiſſimo folio. *Vaill. pariſ.* 46.
Ranunculus paluſtris plantaginis folio, humilis & ſupinus. *Tournef. inſt.* 292.
Plantago aquatica minor. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 257.
Habitat *in* Gotlandia *ad furnum Vible in rivulo.*
Obſ. *Floret circa tempus meridianum.*

Claſ-

*Claſſis VII.*

# HEPTANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### TRIENTALIS.

302. TRIENTALIS. *Fl. lapp.* 139. *Celſ. upſ.* 34. *Roy. lugdb.* 432.

Herba Trientalis. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 506.

Alſinanthemos. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 286. *Moerb. hort.* 8. 111.

Pyrola alſines flore major. *Baub. prodr.* 100.

Pyrola alſines flore europæa. *Baub. pin.* 191.

Pyrola alſines flore minor braſiliana. *Baub. prodr.* 101. *t.* (Pſyllium minus) 99.

Hermodactylus caninus. *Frank. ſpec.* 13.

Habitat *in ſylvis earumque nemoribus & fagetis frequens: in alpibus* Dalekarlicis *copioſiſſima.*

Obſ. *Obſervavimus hanc eandem plantam ſæpe ſub truncis arborum cæduis perennanti caule.*

*Claſſis VIII.*

# OCTANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### ACER.

303. ACER foliis quinquelobis acuminatis, acuteque dentatis.

Acer foliis palmatis acute dentatis, floribus corymboſis corolla ſpecioſis. *Hort. cliff.* 143.

Acer platanoides. *Munt. hiſt.* 57. *t.* 57.

Acer montanum tenuiſſimis & acutis foliis. *Baub. pin.* 431.

Acer major. *Cam. epit.* 63.

*Sue-*

*Suecis* Lönn. *Veſtro-Gothis* Lunn.

Habitat *paſſim ad domos & in pratis*, *præſertim* auſtralium provinciarum. *rara in monte Hykie* Dalekarliæ.

# EPILOBIUM.

304. EPILOBIUM floribus difformibus, piſtillo declinato.

Epilobium foliis lanceolatis integerrimis. *Fl. lapp.* 146. *Hort. cliff.* 145. *Roy. lugdb.* 250.

Chamænerion latifolium vulgare. *Tournef. inſt.* 303.

Lyſimachia chamænerion dicta latifolia. *Bauh. pin.* 245.

Lyſimachia ſiliquoſa major purpurea. *Rudb. cat.* 26. *hort.* 67. *Till. ab.* 41. *Lind. wiksb.* 23.

β Chamænerion latifolium vulgare, flore albo. *Tournef. inſt.* 145.

*Uplandis* Kalfrumpa. *Dalekarlis* Himmelgräs. *Smolandis* Ållenmärcke. *Veſtrobothnis* Allmocke. *Fahlunenſibus* Miölckgräs. *Oſtro-Gothis* Râmiölcksgräs.

Habitat *in ſylvis* Norlandiæ *copioſe*, *in nemoribus* Sueciæ *hinc inde*, *in* Smolandiæ *agris paſſim*.

305. EPILOBIUM foliis lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 145. *Gron. virg.* 154.

Chamænerion villoſum majus, parvo flore. *Tournef. inſt.* 303.

Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta, parvo flore. *Bauh. pin.* 245. *prodr.* 116.

β Lyſimachia ſiliquoſa hirſuta, magno flore. *Bauh. pin.* 245.

Epilobium hirſutum magno flore & ſpecioſo. *Dill. giſſ.* 131.

Habitat *in inſula* Söderön *prope öſt-hammar*. O. Celſius. *at* β *in* Scania. J. Leche.

306. EPILOBIUM foliis ovatis dentatis. *Fl. lapp.* 147. *Hort. cliff.* 145.

Chamænerion glabrum majus. *Tournef. inſt.* 303.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra major. *Bauh. pin.* 245.

Pſeu-

Pſeudo-Lyſimachium purpureum primum. *Dod. pempt.* 85.

Habitat *in montibus & montium radicibus non infrequens.*

307. EPILOBIUM foliis lanceolatis integerrimis, petalis bifidis.

α Epilobium foliis linearibus. *Fl. lapp.* 149. *Roy. lugdb.* 251.

Chamænerion anguſtifolium glabrum. *Tournef. inſt.* 303.

Lyſimachia ſiliquoſa glabra anguſtifolia. *Bauh. pin.* 245.

β Epilobium foliis lanceolatis, ramoſe florens. *Fl. lapp.* 148.

Epilobium ſpicatum, foliis integerrimis linearibus faſciculatis. *Hall. helv.* 408.

Chamænerion anguſtifolium alpinum, flore purpureo. *Tournef. inſt.* 302.

Lyſimachia chamænerion dicta anguſtifolia. *Bauh. pin.* 245.

Lyſimachia ſiliquoſa 3. Chamænerion Geſneri. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 51.

γ Chamænerion alpinum latifolium. *Tournef. inſt.* 303.

Lyſimachia Chamænerion dicta alpina. *Bauh. pin.* 245. *prodr.* 116.

Habitat *α in humidis ad foſſas, piſcinas & paludes; at β. γ. in alpibus* Lapponicis, *præſertim ad eorum latera.*

Obſ. *Hanc* Hallerus *pro varietate præcedentis proponit.*

308. EPILOBIUM foliis ovalibus, ſuperioribus attenuatis.

Epilobium foliis ovato-oblongis integerrimis. *Fl. lapp.* 150.

Epilobium foliis ellipticis obtuſe lanceolatis, totum læve. *Hall. helv.* 409.

Chamænerion alpinum alſines foliis. *Scheuch. alp.* 132, 332.

Habitat *in alpibus* Lapponicis.

Obſ. *Judicent alii ad quam ſpeciem hæc varietas ſit amandanda; nobis unum alterumve ſpecimen quondam obvium fuit, illudque pygmæum.*

## ERICA.

309. ERICA foliis quadrifariam imbricatis triquetris glabris erectis, corollis inæqualibus calyce brevioribus. *Hort. cliff.* 146. *Roy. lugdb.* 442.

Erica vulgaris glabra. *Bauh. pin.* 485. *Fl. lapp.* 141.
Erica vulgaris. *Till. ab.* 26.
Erica flore purpureo. *Lind. wiksb.* 12.
Erica *Frank. ſpec.* 33. *Rudb. hort.* 39.
β Erica vulgaris glabra, flore albo. *Tourneſ. inſt.* 602.
Erica flore candido. *Lind. wiksb.* 12.
*Suecis* Liung. *Helſingis* Lyng. Lappis Tachnas. *Gotlandis* Graune.
Habitat *in campis ſylveſtribus ſteriliſſimis ubique nimis frequens.*
Uſus: *Mel apes ex hac planta præ reliquis hauriunt. ubi* Erica, *ibi mel luteum; ubi illa deeſt, mel album evadit.*
*Tam rara eſt hæc planta in* Oelandia, Gotlandia, Wiſingsö, *quam copioſa circa* Biörneburgum. *cur inſulæ hanc reſpuant?*

310. ERICA foliis ſubulatis ciliatis quaternis, corollis globoſo-ovatis terminatricibus confertis. *Hort. cliff.* 148.

Erica ſpuria ſ. Tetralix. *Rupp. jen.* 31.
Erica ex rubro nigricans ſcoparia. *Bauh. pin.* 486.
Erica brabantica, folio coridis hirſuto quaterno. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 358.
Habitat *in paludibus ceſpitoſis* Smolandiæ & Bahuſiæ *rarius.*

## DAPHNE.

311. DAPHNE floribus ſeſſilibus infra folia elliptico-lanceolata. *Fl. lapp.* 140. *Hort. cliff.* 147. *Roy. lugdb.* 201.

Daphnoides. *Frank. ſpec.* 33.
Thymelæa lauri folio deciduo ſ. Laureola fæmina. *Tourneſ. inſt.* 595.
Laureola folio deciduo, flore purpureo, officinis Laureola fæmina. *Bauh. pin.* 462.

Me-

Meſereon germanicum. *Lob. hiſt.* 199.
Chamelæa germanica. *Dod. pempt.* 364.
*Suecis* Kiäller-hals. *Helſingis* Tiſtbaſt. *Roſlagis* Kiwitbaſt.
Habitat *rarius in ſylvis* Lapponiæ, Uplandiæ, Scaniæ, Sudermanniæ, Weſmanniæ.
Pharmac. LAUREOLÆ *Cortex.* COCCOGNIDII *Semina.*

## VACCINIUM.

312. VACCINIUM foliis ovalibus integerrimis deciduis.
Vaccinium foliis annuis integerrimis. *Fl. lapp.* 142. *Hall. helv.* 414.
Vaccinia nigra majora. *Frank. ſpec.* 38.
Myrtillus niger major. *Rudb. cat.* 29. *hort.* 77.
Myrtillus major. *Frank. ſpec.* 22. *Till. ab.* 47.
Vitis idæa, floribus ſubrotundis exalbidis. *Bauh. pin.* 470.
Vitis idæa paluſtris. *Lind. wiksb.* 40. *prior.*
*Suecis* Odon. *Smolandis* Blåbuk. *Lappis* Hotme. *Helſingis* ôlbär. *Bahuſiis* ôbär. *Weſtro-Gothis* Blåbär. *Weſtrobothn:* Utterbär.
Habitat *ubique in nemoribus ſubhumidis.*

313. VACCINIUM caule angulato, foliis ovatis ſerratis deciduis. *Fl. lapp.* 143. *Hort. cliff.* 148. *Roy. lugd.* 239. *Hall. helv.* 415.
Vaccinia nigra minora. *Frank. ſpec.* 38.
Myrtillus niger minor. *Rudb. cat.* 29. *hort.* 77.
Myrtillus minor. *Frank. ſpec.* 22.
Myrtillus minor, baccis nigris. *Till. ab.* 47.
Vitis idæa anguloſa. *Bauh. hiſt.* 1 *p.* 520.
Vitis idæa, foliis oblongis crenatis, fructu nigricante. *Bauh. pin.* 470.
*Suecis* Blåbär. *Smolandis* Slynnon. *Weſtro-Gothis* Slinnor. *Lappis* Zirre ſ. Zerre.
Habitat *in ſylvis antiquis humidiuſculis, ut nulla frequentior planta in pleriſque regionibus.*
Pharmac. MYRTILLI *Baccæ, Syrupus.*

314. VACCINIUM foliis obverſe ovatis perennantibus. *Fl. lapp.* 145. *Hort. cliff.* 148. *Roy. lugdb.* 239. *Hall. helv.* 414.

Vaccinia rubra minora. *Frank. ſpec.* 38.

Myrtillus baccis rubris. *Frank. ſpec.* 22. *Till. ab.* 47.

Myrtillus ruber minor. *Rudb. hort.* 77.

Vitis idæa foliis ſubrotundis non crenatis, baccis rubris. *Bauh. pin.* 470.

Vitis idæa ſemper virens, fructu rubro. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 522. *Lind. wiksb.* 40.

*Suecis* Lingon. *Bahuſiis* Tyſling. *Oſtro-Gothis* Kröſa. *Smolandis* Kröſon. *Lappis* Jokno. *Helſingis* Linbär.

Habitat *in ſylvarum collibus & ſabuloſis ubique.*

Uſus: *Baccæ in acetariis per* Sveciam *vulgares ſunt.*

315. VACCINIUM ramis filiformibus, foliis ovatis perennantibus, pedunculis ſimplicibus ſtipula duplici.

Vaccinium ramis filiformibus repentibus, foliis ovatis perennantibus. *Fl. lapp.* 145.

Vaccinia paluſtria. *Lob. ic.* 109.

Vaccinia rubra majora. *Frank. ſpec.* 38.

Oxycoccos ſ. vaccinia paluſtris. *Tournef. inſt.* 655.

Myrtillus paluſtris. *Till. ic.* 155. ruber. *Rudb. hort.* 77.

Myrtillus paluſtris, vitis idæa minima. ſ. Gagel. *Till. ab.* 47. *ic.* 155.

Vitis idæa paluſtris. *Bauh. pin.* 470. *Lind. wiksb.* 40.

*Suecis* Tranbär. *Helſingis* Tränjon. *Weſtro-Gothis* Tranjuter. *Lappis* Ladich.

Habitat *in paludibus ſterilioribus ſphagno veſtitis frequens.*

Uſus: *Baccis utuntur in coctione alba ſeu purificatione argenti.*

# *DIGYNIA.*

## MOEHRINGIA.

316. MOEHRINGIA ſcapis biſloris.

Sagina ramis erectis biſloris. *Fl. lapp.* 158.

Habi-

Habitat *in alpibus* Lapponicis.

Deſcr. Radix *perennis.* Folia *radicalia numeroſa in ceſpitem digeſta, linearia.* Scapi *nudi, biflori.* Flos *variat calyce petalisque* 4. *&* 5. *foliolis; ſtamina numero duplicantur; ſtyli duo ſunt.*

## CHRYSOSPLENIUM.

317. CHRYSOSPLENIUM foliis alternis.

Chryſoſplenium. *Hort. cliff.* 149.

Chryſoſplenium foliis pediculis oblongis inſidentibus. *Tournef. inſt.* 146.

Chryſoſplenium foliis amplioribus auriculatis. *Rudb. lapp.* 97. *Fl. lapp.* 151.

Saxifraga aurea dodonæi. *Dalech. hiſt.* 1113. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 707.

Saxifraga lutea dodonæi. *Chabr. ſciagr.* 544.

Saxifraga aurea, foliis pediculis oblongis inſidentibus. *Raj. hiſt.* 206. *ſyn.* 3. *p.* 158. *Pluk. alm.* 333.

Sedum paluſtre luteum majus, foliis pediculis longis inſidentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 477. *ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 8.

Hepatica paluſtris. *Beſl. eyſt. t.* 6. *f.* 5.

Habitat *rarius ad ſcaturigines in ſylvis umbroſis* Scaniæ, Smolandiæ, Uplandiæ, *præſertim* Helſingiæ & Medelpadiæ, *nec non in* Kinnekulle Weſtrogothiæ.

Obſ. *Maxime adfinis eſt hæc ſpecies cum* Saxifragiis, *ego tamen eandem ex legibus adſumtæ methodi huc referre debeo.* Hallerus *quo jure hanc ſeparat a ſaxifragiis, ipſe videat; ego adfinem Saxifragiæ eſſe Chryſoſplenium nullus dubito.*

# *TRIGYNIA.*

## PERSICARIA.

318. PERSICARIA floribus pentandris digynis, corolla ſtaminibus breviore.

Perſicaria florum ſtaminibus quinis corollam ſuperantibus, ſtylo bifido. *Hort. cliff.* 216.

Perſicaria major amphibia, radice perenni. *Pluk. alm.* 288.

Potamogeton ſalicis folio. *Bauh. pin.* 193.

β Perſicaria paluſtris fluitans, foliis brevioribus & latioribus, florum ſpica ſpecioſa purpurea compactiore. *Rupp. jen.* 72.

Habitat *α ubique erecta in pratis argilloſis juxta vias & agros, at β fluitans in foſſis & paludibus; ſingulari varietate.*

319. PERSICARIA floribus hexandris digynis.

Perſicaria florum ſtaminibus ſenis, ſtylo duplici. *Hort. cliff.* 42. *Gron. virg.* 157.

α Perſicaria mitis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 779. *Fl. lapp.* 71.

Perſicaria mitis maculoſa & non maculoſa. *Bauh. pin.* 101.

Perſicaria mitis non maculoſa, flore rubro. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 87.

β Perſicaria mitis, floribus candidis. *Tournef. inſt.* 509.

γ Perſicaria mitis cum maculis ferrum equinum referentibus. *Tournef. inſt.* 509.

*Smolandis* Röknefwa.

Habitat *in Sueciæ ruderatis ad agros & pagos, at γ in* Scania *prope Lundinum.*

320. PERSICARIA floribus hexandris ſemi-digynis.

Perſicaria florum ſtaminibus ſenis, ſtylo bifido. *Hort. cliff.* 46.

Perſicaria urens ſ. Hydropiper. *Baüh. pin.* 101.

Perſicaria. *Till. ic.* 101.

Hydropiper. *Dod. pempt.* 607.

Habitat *in ſubhumidis agris, viis & ad domos frequens.*

Pharmac. Persicariæ *Herba, Aqua.*

## B I S T O R T A.

321. BISTORTA foliis lanceolatis. *Fl. lapp.* 152. *Hort. cliff.* 150.

Biſtorta montana minor, radice modicum intorta, floſculis in ſpicæ cacumine albis ſterilibus, infer-

na

na ſpicæ parte tuberculis proliferis turbinatis puniceis fœcunda. *Amm. rhut.* 169.
Biſtorta minima. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 539.
Biſtorta alpina media. *Bauh. pin.* 192.
Biſtorta alpina minor. *Bauh. pin.* 192.
Biſtorta foliis lanceolatis, vivipara. *Fl. lapp.* 182. γ
Biſtorta alpina minima ſobolifera. *Rudb. lapp.* 96.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequens*, *paſſim in pratis* Norlandiæ & Uplandiæ.
Obſ. *Flores ſuperiores conſtant ſtaminibus & piſtillo triplici, ſtylo nec capitato, & ſemine.*

## POLYGONUM.

322. POLYGONUM. *Cæſ. ſyſt.* 168. *Hort. cliff.* 150. *Gron. virg.* 44. *Roy. lugdb.* 215. *Hall. helv.* 182.
Polygonum latifolium. *Bauh. pin.* 281.
Polygonum mas. *Till. ab.* 55. *ic.* 121.
Polygonum majus. *Frank. ſpec.* 24. *Rudb. hort.* 91.
β Polygonum lato ſubrotundo folio, flore purpureo. *Rudb. lapp.* 99.
γ Polygonum anguſtis foliis, calycibus purpuraſcentibus. *Dill. app.* 65.
δ Polygonum brevi anguſtoque folio. *Bauh. pin.* 281.
ε Polygonum anguſto oblongo folio. *Bauh. pin.* 281.
*Suecis* Tramp-gräs. *Smolandis* Gårgräs.
Habitat *in viis, plateis, agris, littoribus ubique.*
Pharmac. CENTUMNODIÆ *Herba.*

## HELXINE.

323. HELXINE caule volubili. *Fl. lapp.* 154. *Hort. cliff.* 150. *Gron. virg.* 157.
Helxine ſemine triangulo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 157.
Fagopyrum vulgare ſcandens. *Tourneſ. inſt.* 511. minus. *Vaill. pariſ.* 42.
Convolvulum nigrum. *Dod. pempt.* 396.
Convolvulus minor, ſemine triangulo. *Bauh. pin.* 294. *Lind. wiksb.* 9.
Convolvulus niger. *Rudb. cat.* 12. *hort.* 31. *Till. ab.* 19.

*Suecis* Binda. *Smolandis* Löfbinde. *Uplandis* Fârtarmar.
Habitat *in agris, oleraceis, hortis, cultis frequens.*

324. HELXINE caule erecto inermi, foliis cordato-ſagittatis. *Hort. cliff.* 151. *Lech. ſcan.* 28.
Fagopyrum vulgare erectum. *Tournef. inſt.* 511.
Fagopyron. *Dod. pempt.* 512.
Frumentum ſaracenicum. *Cam. epit.* 187.
Eryſimum vulgare, folio hederaceo. *Bauh. pin.* 27. *theatr.* 538.
*Suecis* Bohwete.
Habitat *inter ſegetes rarius in* Smolandia, *procul dubio ex ſegete e* Scania *allata, ubi ſeritur in agris, & etiam ſponte inter ſegetes occurrit non infrequens.*

# *TETRAGYNIA.*

## PARIS.

325. PARIS foliis quaternis. *Fl. lapp.* 155. *Hort. cliff.* 153. *Roy. lugdb.* 461. *Hall. helv.* 412.
Paris herba. *Rupp. jen.* 83.
Herba Paris. *Tournef. inſt.* 233. *Till. ab.* 33. *ic.* 32.
Solanum quadrifolium bacciferum. *Bauh. pin.* 167.
Aconitum ſalutiferum. *Frank. ſpec.* 1.
Uva verſa. *Dorſt. botan.* 304.
*Suecis* Trollbär. *Gotlandis* Ormbär.
Habitat *in nemoribus coryletis umbroſis paſſim.*

## ADOXA.

326. ADOXA. *Hort. cliff.* 153. *Roy. lugd.* 252.
Moſchatellina foliis fumariæ bulboſæ. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 206. *Tournef. inſt.* 156.
Moſcatella. *Cord. hiſt.* 172. *Till. ic.* 53.
Ranunculus nemoroſus Moſcatellina dictus. *Bauh. pin.* 178.
Fumaria bulboſa ſive tuberoſa minima. *Tabern. ic.* 39.
Habitat *in nemoribus umbroſis, præſertim* Uplandiæ & *Scaniæ.*

Obſ.

Obſ. *Ex facie ſi genera determinarentur, Fumariæ ſpecies eſſet hæc planta; ſed flores fructusque toto cœlo differunt.*

## ELATINE.

327. ELATINE foliis oppoſitis. *Fl. lapp.* 156. *Roy. lugdb.* 452. *Gron. virg.* 158.
Hydropiper. *Buxb. cent.* 3. *p.* 35. *t.* 37. *f.* 3.
Alſinaſtrum ſerpillifolium, flore albo tetrapetalo. *Vaill. pariſ.* 5. *t.* 2. *f.* 2.
Habitat *ſub aqua in fluviis & lacubus* Lapponiæ, Uplandiæ, Smolandiæ, *alibique non infrequens.*

*Claſſis IX.*

# ENNEANDRIA

# *HEXAGYNIA.*

## BUTÓMUS.

328. BUTOMUS. *Fl. lapp.* 159, *Hort. cliff.* 155. *Roy. lugdb.* 45. *Hall. helv.* 298.
Butomus flore roſeo. *Tournef. inſt.* 270.
Juncus floridus major. *Bauh. pin.* 12. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 109. *f.* 1.
Sedo adfinis juncoides umbellata paluſtris. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 468. *ſ.* 12. *t.* 5. *f. penult.*
Gladiolus aquatilis. *Dod. pempt.* 600.
Habitat *in ripis fluviorum piſcinarumque paſſim.*

*Claſſis X.*

# DECANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### MONOTROPA.

329. MONOTROPA floribus lateralibus octandris, terminatrici decandro.

Hypopithys lutea. *Dill. giſſ.* 99. *gen.* 134.

Hypopitis rivini. *Rupp. jen.* 80.

Orobanchoides noſtras, flore oblongo flaveſcente. *Tournef. act.* 1706.

Orobanche, quæ Hypopitys dici poteſt. *Baub. pin.* 88. *prodr.* 31.

Orobanche Hypopithys lutea. *Mentz. pug.* 3. *f.* 2.

Orobanche verbaſculi odore. *Plot. oxf.* 146. *t* 9. *f.* 6. *Pluk. alm.* 273. *t.* 209. *f.* 5.

Orobanche flore breviore duplici, verbaſculi odore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 504. *ſ.* 12. *t.* 16. *f.* 20.

Habitat *in ſylvis antiquis præſertim acifoliis terra foliis putridis obtecta, præcipue in* Uplandiæ, Sudermanniæ *&* Veſmanniæ *ſylvis rarius.*

Obſ. *Retulimus hanc plantam quondam ad* Octandriam *ſecundum* flores laterales, *qui plures ſunt, cum autem* altera ſpecies, Monotropa caule unifloro decandro *Americes alumna hoc negat, debuimus plantam reducere ſecundum* florem terminatricem, *ſi numero a reliquis recedat, cæteris ſit præferendus; uti idem in* Adoxa, Ruta, *forte &* Euonymo *obſervandum. In generibus plantarum pro ſtylo nullo*, lege *ſtylus cylindricus longitudine floris.*

### PYROLA.

330. PYROLA ſtaminibus adſcendentibus, piſtillis declinatis.

Pyrola ſtaminibus & piſtillo declinatis. *Fl. lapp.* 169. *Hall. helv.* 421.

Py-

Pyrola foliis ſubrotundis, ſcapo racemoſo. *Hort. cliff.* 162.
Pyrola foliis integerrimis. *Virid. cliff.* 37.
Pyrola tuba incurva. *Hall. it. helv.* 29.
Pyrola major & elatior, foliis oblongis, piſtillo florum incurvo. *Rupp. jen.* 236.
Pyrola rotundifolia major. *Bauh. pin.* 191.
Pyrola vulgaris major. *Rudb. cat.* 35. *Hort.* 95. *Till. ab.* 58.
Pyrola cauliflora rotundifolia. *Lind. wiksb.* 31.
Habitat *in ſylvis aſperis frequens.*
Pharmac: Pyrolæ *Herba.*

331. PYROLA floribus racemoſis diſperſis, ſtaminibus piſtillisque rectis,
Pyrola foliis ſubrotundis, ſcapo undique racemoſo, genitalibus rectis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 192.
Pyrola tuba recta minor, folio frequentius ſerrato, ſpica breviore & denſiore. *Hall. herc.* 7.
Pyrola foliis obiter ſerratis ſubrotundis, racemoſis floribus, tuba recta. *Hall. helv.* 420.
Pyrola minor. *Riv. pent.* 149. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 363.
Habitat *in ſylvis & nemoribus* Gotlandiæ *Borealis Orientalisque rarius*, *nec non* Borſtelæ Roſlagiæ, *& ad* Simonstorp Scaniæ.
Obſ. *Simillima præcedenti, a qua facile diſtinguitur ſtaminum piſtillorumque ſitu.*

332. PYROLA racemis unilateralibus.
Pyrola floribus uno verſu ſparſis. *Fl. lapp.* 168.
Pyrola folio mucronato ſerrato. *Bauh. pin.* 181.
Pyrola 2. tenerior. *Cluſ. pan.* 506. *Paull. flor.* 327. *t.* 177.
Pyrola minor. *Rudb. cat.* 35. *Till. ab.* 56.
Pyrola pyrifolia fruteſcens. *Lind. wiksb.* 31.
Ambroſia montana. *Dalech. hiſt.* 1148. *f.* 4.
Habitat *in ſylvis umbroſis antiquis frequens.*
Obſ. Antheræ *extra corollam prominent, uti ſtigma extra ſtamina.*

333. PYROLA floribus umbellatis.
Pyrola apice bifloris triflorisve. *Gron. virg.* 48.
Pyrola fruteſcens, arbuti flore. *Bauh. pin.* 191. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 505. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 5.
Pyrola 3. fruticans. *Cluſ. pan.* 507. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 536.
Habitat *in ſylvis antiquiſſimis umbroſiſſimis deſertisque* Uplandiæ *præſertim* & Smolandiæ, *ſed rarius.*
Obſ. *Ex apice ſcapi ſive pedunculi plures pedicelli breves uniflori, hinc umbellati flores ſede, non peripheria; folia ſubverticillata. ergo americana planta hujus varietas eſt.*

334. PYROLA ſcapo unifloro. *Fl. lapp.* 167. *Hall. helv.* 420.
Pyrola uniflora minor. *Rudb. cat.* 35. *hort.* 95.
Pyrola uniflora. *Lind. wiksb.* 31.
Pyrola flore ſingulari. *Riv. pent.* 153.
Pyrola rotundifolia minor. *Bauh. pin.* 191. ſingulari flore ampliore. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 505. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 2.
Habitat *in vaſtis ſylvis non infrequens.*

## ANDROMEDA.

335. ANDROMEDA foliis alternis lanceolatis margine reflexis. *Fl. lapp.* 163. *t.* 1. *f.* 3. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall. helv.* 416.
Ledum paluſtre noſtras, arbuti flore. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 472.
Polifolia. *Buxb. act.* 2. *p.* 345. *cent.* 5. *p.* 28. *t.* 49. *f.* 1.
Erica paluſtris, flore purpuraſcente pendulo, petiolo longo rubro, roſmarini folio. *Rudb. lapp.* 97.
Erica humilis, roſmarini foliis, unedonis flore, capſula ciſtoide. *Pluk. alm.* 136. *t.* 175. *f.* 3.
Vitis idææ adfinis polifolia montana. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 527.
Habitat *in vaſtiſſimis paludibus ſylvaticis ceſpitoſis frequentiſſima.*

336. ANDROMEDA foliis linearibus obtuſis ſparſis. *Fl. lapp.* 164. *t.* 1. *f.* 5. *Hort. cliff.* 163.

Eri-

Erica flore purpuraſcente pendulo, petiolo longo rubro, piceæ folio. *Rudb. lapp.* 97.
Erica Lapponica, camarinnæ foliis. *Petiv. hort.* 244.
Erica rarior. *Mart. burſ.* 535.
Habitat *in alpibus* Lapponiæ, *ſed adhuc copioſius in alpibus* Dalekarliæ.

337. ANDROMEDA foliis aciformibus confertis. *Fl. lapp.* 165. *t.* 1. *f.* 3.
Erica flore variegato pendulo, petiolo longo rubro, coris folio. *Rudb. lapp.* 97.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequens.*

338. ANDROMEDA foliis quadrifariam imbricatis obtuſis.
Andromeda foliis triquetre imbricatis obtuſis, ex alis florens. *Fl. lapp.* 166. *t.* 1. *f.* 4. *Hort. cliff.* 163.
Habitat *in alpibus* Lapponiæ Lulenſis *prope* Walliwari, *ſed rariſſima.*
Obſ. *Folia & facies plantæ Paſſerinæ* 1. *Hort. cliff. ſimillima; flores autem diverſiſſimi, Lilii convallium ſimiles. Communiter quadrifariam imbricata ſunt folia, uti obſervationes poſteriores docuere, & raro trifariam.*

## ARBUTUS.

339. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis integerrimis. *Fl. lapp.* 162. *t.* 6. *f.* 3. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall. helv.* 415.
Uva urſi. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 63. *Lob. hiſt.* 547. *Tournef. inſt.* 599.
Vitis idæa foliis carnoſis & veluti punctatis. *Baub. pin.* 470.
Vitis idæa repens, fructu rubro farinaceo. *Lind. wiksb.* 40.
Vitis idæa, foliis oblongis acuminatis, baccis rubris inſipidis. *Rudb. it.* 9.
Vaccinia rubra farinacea minora (& majora rotundiora) *Frank. ſpec.* 38.

Myr-

Myrtillus ruber minor humi ſerpens, fructu farinaceo ſ. Vaccinia farinacea rubra minora, foliis anguſtioribus. *Brom. goth.* 71.
Myrtillus ruber major, fructu farinaceo. *Rudb. cat.* 29. *hort.* 77. *Brom. goth.* 71.
Myrtillus major & minor. *Till. ab.* 47.
*Suecis* Miölon, Miölonris. *Gotlandis* Linbär. *Oſtrogothis* Miölabär. *Americanis* Jackashapuch.
Habitat *ubique in ſylvis apricis aſperis ſabuloſis, præſertim in* Norlandia *&* Gotlandia *omnium copioſiſſime.*
Uſus: *Planta coriaria eſt apud nos, & inſtar Rhois vel corticis Quercini uſurpatur.*
*Folia cano colore tingunt. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 28.
*Calculoſis utile eſſe infuſum detexere Monspelienſes; certe maxime adſtringens eſt.*
*Tabaco mixta fumo hauritur.* Act. ſtockh. 1743. p. 292.
*Per errorem in Fl. Lappon. folia oppoſita pro alternis notantur.*

340. ARBUTUS caulibus procumbentibus, foliis rugoſis ſerratis. *Fl. lapp.* 161. *Hort. cliff.* 163. *Roy. lugdb.* 440. *Hall. helv.* 415.
Vaccinia rubra, foliis myrtinis criſpis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 457.
Vitis idæa, foliis oblongis albicantibus. *Baub. pin.* 470. *Tourneſ. inſt.* 608.
Vitis idæa repens, fructu racemoſo magno nigerrimo. *Rudb. it.* 9. *lapp.* 100.
Vitis idæa 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 61.
*Dalekarlis* Fiällbär. *Lappis* Garanasmyrie.
Habitat *in alpibus ſicciſſimis* Lapponicis *&* Dalekarlicis *frequens.*

## LEDUM.

341. LEDUM foliis linearibus ſubtus hirſutis, floribus corymboſis.
Ledum. *Fl. lapp.* 160.
Ledum roſmarini folio. *Rupp. jen.* 113.
Ledum ſileſiacum. *Cluſ. pan.* 69.

Ci-

Ciſtus ledon, foliis roſmarini ferrugineis. *Bauh. pin.* 467.

Roſmarinus paluſtris. *Till. ic.* 158.

Myrtus paluſtris. *Lind. wiksb.* 26.

Spiræa odorata rivini. *Erndt. varſ.* 175.

*Suecis* Squatram. *Smolandis* Squäkra. *Weſtrogothis* Lummer.

Habitat *in paludibus nemoroſis ſylvaticisque paſſim frequens.*

Pharmac: ROSMARINI SYLVESTRIS *Herba.*

Uſus: *Decoctum arcet boum pediculos illitum; rami pellunt cimices; oleum per deſcenſum deſtillatum cum cortice betulæ corio Ruſſico odorem conciliat.*

*Loco humuli in cereviſia conficienda cauſſat horrendas cephalæas.*

*Aqua deſtillata externe in cephalalgia.*

# *DIGYNIA.*

## DIANTHUS.

342. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis lanceolatis, corollis crenatis. *Hort. cliff.* 164.

Caryophyllus minor repens noſtras. *Raj. hiſt.* 988. *Dill. elth.* 412.

Caryophyllus ſimplex ſupinus latifolius. *Bauh. pin.* 209.

Betonica coronaria ſ. Caryophyllus minor, flore viridi nigricante, repens, flore argenteis punctis notato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 329.

*Suecis* Ångnäglikor.

Habitat *in paſcuis & pratis aridioribus paſſim.*

343. DIANTHUS caulibus unifloris, ſquamis calycinis ovatis, corollis multifidis, foliis linearibus.

Dianthus caule unifloro, flore breviore. *Lech. ſcan.* 29.

Tunica foliis brevibus rigidis, caule unifloro. *Hall. helv.* 383.

Caryophyllus ſylveſtris humilis, flore unico. *Bauh. pin.* 209.

Arme-

Armerius flos tertius. *Dod. pempt.* 176.

Habitat *in* Blekingia *a latere Scaniam reſpiciente locis arenoſis rarior; item in* Scania *ad Lackelänge & Barſebäck; in Otterö* Bahuſiæ.

Obſ. Folia *radicalia faſciculata, copioſiſſima, linearia, anguſta, obtuſiuſcula.* Caulis *vix digiti longitudine uniflorus, unica foliorum oppoſitione communiter inſtructus.* Calycis *ſqvamæ ovatæ vel ſubovatæ, obtuſiuſculæ, muticæ;* corolla *alba omnino multifida ſeu plumaria, non crenata, uti auctores cum Cluſio pingunt.* Radix *lignoſa, craſſa, ramoſa, profunda.*

344. DIANTHUS floribus ſolitariis, ſquamis calycinis ovatis acutis, corollis lacero-partitis.

Dianthus petalis multifidis. *Fl. lapp.* 170. *Hort. cliff.* 174.

Caryophyllus flore tenuiſſime diſſecto. *Baub. pin.* 209.

Caryophyllus ſylveſtris VI. *Cluſ. hiſt.* I. *p.* 284.

Superba auſtriaca cluſii. *Lob. ic.* 451.

Habitat *in pratis & graminoſis* Lapponiæ, Oſtrobothniæ, *præſertim ad templum* Kemi.

345. DIANTHUS floribus aggregatis, ſquamis calycinis lanceolatis longitudine tubi. *Hort. cliff.* 165. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 192.

Caryophyllus barbatus ſylveſtris. *Baub. pin.* 208.

Armeria ſylveſtris altera. *Lob. ic.* 448.

Viola barbata anguſtifolia. *Dalech. hiſt.* 810.

*Gotlandis* Sarons blomſter.

Habitat *in macilentis* Scaniæ. *J. Leche. in arvis* Gotlandiæ, *præſertim ad Ballingbo. Nos. in arvis* Weſmanniæ & Weſtrogothiæ. *A. H. Wrangel, Lib. Baro.*

## SAPONARIA.

346. SAPONARIA calycibus pentaphyllis, corymbis faſtigiatis, foliis linearibus, caule adſcendente.

Caryophyllus ſaxatilis, floribus gramineis, umbellatis corymbis. *Bauh. pin.* 211.

Polygonum majus erectum anguſtifolium, floribus candidis. *Mentz. pug. t.* 2. *f.* 2. Syn-

Symphytum petræum ſ. gypſophyton minus. *Thal. herc.* 115.

Habitat *in inſula* Carolina (Stora Carlsöen) *prope* Gotlandiam *locis aridiſſimis apricis.*

Obſ. *Apud nos flos ſemper albus a me viſus eſt.*

347. SAPONARIA calycibus pentaphyllis, corollis crenato-emarginatis, foliis ſubulatis.

Saponaria foliis linearibus. *Fl. lapp.* 171.

Spergula foliis Knawel, flore purpuraſcente. *Dill. C. N. C. Cent.* 6. *app.* 274. *t.* 4. *f.* 2.

Lychnis parva paluſtris, foliis acutis lanceolatis, floſculis purpureis. *Mentz. pug. t.* 7. *f.* 4.

Lychnis annua minima, flore carneo lineis purpureis diſtincto. *Tournef. inſt.* 338.

Caryophyllus minimus muralis. *Baub. pin.* 211.

Habitat *in arenoſis viis publicis, uti prope* Aroſiam, Alſike Uplandiæ &c.

## SCLERANTHUS.

348. SCLERANTHUS calycibus fructus patulis.

Knafwel. *Dod. pempt.* 115. folio & flore viridi. *Rupp. jen.* 85.

Alchimilla erecta, gramineo folio, minore flore. *Tournef. inſt.* 508.

Polygonum, gramineo folio, majus erectum. *Baub. pin.* 281.

Polygonum montanum vermiculatæ foliis. *Baub. pin.* 281.

Polycarpum. *Dalech. hiſt.* 444.

Vermiculata nova planta. *Col. ecphr.* 1. *p.* 295. *t.* 294.

*Uplandis* Tandgräs.

Habitat *ubique in agris cultisque umbroſis.*

Uſus: *Ruſticolæ vaporem ex decocto ore aperto excipiunt, ſeque hoc modo odontalgiam curare credunt.*

349. SCLERANTHUS calycibus fructus clauſis.

Knawel incanum, flore majore, perenne. *Raj. ſyn.* 3. *t.* 5. *f.* 1.

Kna-

Knawel folio & flore albicante. *Rupp. jen.* 70.
Alchimilla gramineo folio, majori flore. *Tournef. inſt.* 509. *Vaill. pariſ.* 4. *t.* 1. *f.* 5.
Polygonum cocciferum. *Bauh. pin.* 281.
Habitat *in campis aridis* Scaniæ *ad* Oewidskloſter *&* Weberöd. *J. Leche.*
Obſ. *Inquirendum num ad radices apud nos reperiantur inſecta iſta Coccum polonicum dicta, de quibus Cl.* BREYNIUS *integrum ſcripſit tractatum?* & num ſimilia *reperiantur ad alias radices? & utrum cocci phalaridis tingant nec ne?*

## SAXIFRAGA.

350. SAXIFRAGA foliis reniformibus lobatis, caule ramoſo, radice granuloſa. *Hort. cliff.* 167. *Roy. lugdb.* 453. *Hall. helv.* 401.
Saxifraga rotundifolia alba. *Bauh. pin.* 309.
Saxifraga alba. *Dod. pempt.* 316. *Till. ic.* 26.
*Suecis* Stenbräcka. *Oelandis* Hållsknäppar.
Habitat *in collibus graminoſis apricis & tectis frequens.*
Pharmac: SAXIFRAGÆ ALBÆ *Radix*, *Herba*, *Flores*, *Semina*.

351. SAXIFRAGA foliis palmatis, caule ſimpliciſſimo unifloro bulbifero. *Fl. lapp.* 172. *t.* 2. *f.* 4. *Hort. cliff.* 167.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *ubique vulgatiſſima.*
Obſ. *Saxifraga ad folia bulbos gerens. C. B.* 309. *differt a noſtra foliis palmato-lobatis, caule ramoſo multifloro; noſtra autem cum Saxifraga bulbifera & Saxifraga rotundifolia C. B. convenit radice granuloſa; hinc aut ſpecie conjungi debent omnes tres plantæ, aut totidem diſtinctæ tradi; hoc certum, me in alpibus Lapponicis nullam e duabus C. B. nominatis reperiſſe.*

352. SAXIFRAGA foliis palmatis quinquelobis, florali ovato. *Fl. lapp.* 174. *t.* 2. *f.* 7.
Saxifraga foliis palmatis, ſupremo cordato. *Act. litt.* 1735. *p.* 53.

Habi-

Habitat *in alpibus* Lapponiæ Lulenſis *in adſcenſu montis* Walliwari.

353. SAXIFRAGA foliis cuneiformibus trifidis alternis, caule erecto ramoſo.
Saxifraga foliis trilobis baſi anguſtis, caule erecto. *Fl. lapp.* 173. *Hort. cliff.* 168. *Roy. lugdb.* 457.
Saxifraga verna annua humilior. *Tournef. inſt.* 252.
Sedum tridactylites tectorum. *Bauh. pin.* 285.
Paronychia altera. *Dod. pempt.* 113.
β Saxifraga alba petræa. *Pon. bald.* 339. *f.* 337. *optima.*
Habitat α Upſaliæ, Dannemoræ *& alibi rarius in montibus & collibus.* β *vero in alpibus* Lapponicis *paſſim.*
Obſ. *Planta viſcoſa eſt, i. e. villis patulis apice ſecernentibus liquorem viſcidum. Folia in locis ſicciſſimis indiviſa evadunt. Figura Ponæ & viſcoſitas plantæ tollunt omne dubium de planta alpina.*

354. SAXIFRAGA foliis ſubovatis crenatis, caule nudo, floribus capitatis.
Saxifraga caule nudo ſimplici, foliis elliptico-ſubrotundis crenatis, floribus capitatis. *Fl. lapp.* 176. *t.* 2. *f.* 5. 6.
Saxifraga foliis oblongo-rotundis dentatis, floribus compactis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 354. *t.* 16. *f.* 1.
Sedum ſerratum floſculis compactis immaculatis. *Raj. hiſt.* 507.
Sempervivum minus dentatum. *Mart. ſpitzb.* 43. *t.* F. *f.* A.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *prope culmina nivium.*

355. SAXIFRAGA foliis lanceolatis dentato-ſerratis, caule nudo, petalis acuminatis.
Saxifraga caule nudo ſimplici, foliis lanceolatis dentatis, petalis acutis. *Fl. lapp.* 175.
Geum paluſtre minus, foliis oblongis crenatis. *Tournef. inſt.* 252.
Sanicula myoſotis, floribus albicantibus fere umbellatis. *Pluk. alm.* 331. *t.* 58. *f.* 2. *& t.* 222. *f.* 4.

Sedum montanum hirſutum, mucronato & dentato folio, flore albo guttato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 478. *ſ.* 12. *t.* 9. *f.* 13.

β Saxifraga caule nudo ſimplici, foliis dentatis, coma folioſa. *Fl. lapp. p.* 137. *t.* 2. *f.* 3.

Habitat *in alpibus* Lapponicis *&* Dalekarlicis *ad rivulos.*

356. SAXIFRAGA foliis lingulatis radicalibus margine cartilagineo acute ſerratis, floribus paniculatis.

Saxifraga foliorum marginibus cartilagine crenatis. *Hort. cliff.* 168.

Saxifraga foliis radicalibus in orbem poſitis, ſerraturis cartilaginoſis. *Fl. lapp.* 177. *t.* 2. *f.* 2.

Saxifraga ſedi folio, flore albo, multiflora. *Tournef. inſt.* 252.

Sedum ſerratum multiflorum. *Dod. mem.* 113.

Habitat *in alpibus* Lapponicis *rarius.*

357. SAXIFRAGA foliis linearibus ſparſis glabris.

Saxifraga foliis ſubulatis ſparſis. *Fl. lapp.* 178.

Sedum alpinum, flore pallido. *Baub. pin.* 284. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 477. *ſ.* 12. *t.* 6. *f.* 3.

Sedum minus VI. ſeu alpinum 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 60.

Habitat *in alpibus* Lapponicis *&* Dalekarlicis *frequens.*

358. SAXIFRAGA foliis linearibus alternis ciliatis.

Saxifraga petalis latiſſimis luteis lineolis. *Hall. helv.* 399. *t.* 8.

Saxifraga anguſtifolia autumnalis, flore luteo guttato, foliis florum magis acuminatis. *Breyn. cent.* 106. *t.* 48. *Raj. hiſt.* 1048.

Saxifraga alpina, anguſto folio, flore luteo guttato. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 353.

Geum anguſtifolium autumnale, flore luteo guttato. *Tournef. inſt.* 252.

Sedum anguſtifolium autumnale, flore luteo guttato. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 477. *ſ.* 12. *t.* 8. *f.* 6.

Habitat *in* Smolandiæ *paroecia & pago* Breitad *in paludi-*

*ludibus rara planta; unde & miſſa a* Lib. Bar. A. H. Wrangel.

Obſ. *Folia ciliata ſunt pilis, minime ſpinis aut ſetis rigidis.*

359. SAXIFRAGA foliis ovatis oppoſitis ſummis ciliatis.
Saxifraga foliis ovatis quadrangulo-imbricatis, ramis procumbentibus. *Fl. lapp.* 179. *Hall. helv.* 403.
Saxifraga alpina ericoides, flore purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 253.
Sedum alpinum ericoides purpuraſcens. *Bauh. pin.* 284. *prodr.* 132. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 480. *ſ.* 12. *t.* 10. *f.* 36.
Planta ſedo adfinis, ſaxatili ſimilis. *Mart. ſpitzb.* 46. *t.* 5. *f.* C.
β Saxifraga alpina ericoides, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 253. *Scheuch. alp.* 518. 140. *t.* 20. *f.* 2.
γ Saxifraga foliis ovatis quadrangulo imbricatis, ramis procumbentibus, apicibus foliorum cartilagineis. *Fl. lapp.* 142. *t.* 2. *f.* 1.
Habitat *in alpium* Lapponicarum *petris & rupibus paſſim.*

# *TRIGYNIA.*

## CUCUBALUS.

360. CUCUBALUS calycibus ſubovatis glabris reticulato-venoſis, capſulis trilocularibus.
Cucubalus floribus trigynis, calycibus glabris, capſulis trilocularibus. *Hort. cliff.* 170.
Cucubalus calycibus ovatis, hermaphroditus. *Fl. lapp.* 180.
Muſcipula pratenſis veſicaria. *Rupp. jen.* 100.
Lychnis ſylveſtris, qvæ Behen album [illegible] [illegible]. *Bauh. pin.* 205.
Melandryum plinii quibusdam. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 293.
β Lychnis maritima repens. *Bauh. pin.* 205.
γ Lychnis Suecica, Behen album, folio, habitu, calyce ampliſſimis, (Gumſepungar) Scrotum arietis dicta. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 212.
*Dalekarlis* Smætion. *Gotlandis* Tarald. *Smolandis* Harpungar.

 Ha-

Habitat α *in pratis ſiccioribus, ruderatis, agris, paſſim, copioſiſſime in* Norlandia; β *in littoribus maris* ſinus Bothnici, *præſertim in* Gotlandiæ *littoribus orientalibus* Slite.

361. CUCUBALUS floribus dioicis. *Hort. cliff.* 171.

Cucubalus caule compoſito, calycibus oblongo-ovatis. *Fl. lapp.* 182.

Lychnis ſylveſtris ſ. aqvatica purpurea ſimplex. *Baub. pin.* 204.

Melandrium plinii germannicum. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 294.

| | |
|---|---|
| Ocymoides purpureum mas, cui apices e medio flore. *Geſn. hort.* | Ocymoides purpureum fæmina, cui apices nulli e medio flore. *Geſn. hort.* |
| Lychnis ſylveſtris. *Lob. ic.* 335. *Dod. pempt.* 171. | Ocymoides flore rubro. *Cam. epit.* 740. *f.* 1. |

β Lychnis ſylveſtris ſive aquatica alba ſimplex. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 211.

Habitat *in pratis ſubhumidis & ad ſepes* Uplandiæ, Scaniæ *&c. rarius.*

362. CUCUBALUS floribus hermaphroditis pentagynis, capſulis unilocularibus, calycibus angulatis. *Hort. cliff.* 170.

Lychnis ſylveſtris alba ſimplex. *Baub. pin.* 204.

Ocymoides majus. *Dalech. hiſt.* 682.

Ocymoides album multis. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 342.

Habitat *in* Uplandiæ, Oſtrogothiæ & Scaniæ *campis rarius.*

Obſ. *A præcedenti differt hæc planta ſexu hermaphroditico, alias fæminæ præcedentis ſimilis; eandem nihilominus ſpeciem eſſe Hallerus aſſerit.*

363. CUCUBALUS caule ſimpliciſſimo unifloro, petalis calyce brevioribus.

Cucubalus caule ſimpliciſſimo unifloro, corolla incluſa. *Fl. lapp.* 181.

Ly-

Lychnis caule ſimplici unifloro, petalis abſconditis. *Act. litt.* 1735. *p.* 54.
Habitat *in alpibus* Lapponiæ Lulenſis *rarior planta.*

## SILENE.

364. SILENE floribus pentagynis, capſulis quinquelocularibus. *Hort. cliff.* 172.
Viſcaria rivini. *Rupp. jen.* 101.
Lychnis ſylveſtris viſcoſa rubra anguſtifolia. *Bauh. pin.* 205.
Lychnis ſylveſtris IV. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 289.
β Lychnis ſylveſtris viſcoſa anguſtifolia alba. *Tournef. inſt.* 337.
*Suecis* Tiarublomſter. *Smolandis* Bekblomſter.
Habitat *in pratorum collibus, marginibus viarum agrorumque copioſiſſime.*
Obſ. *Caulis articuli ſuperiores ſuperna parte illiti ſunt viſco nigricante rubro inſtar picis liquidæ, unde nomina variis in lingvis indita plantæ.*

365. SILENE floribus (*trigynis*) corymboſis, caule erecto, foliis lanceolato-linearibus. *Roy. lugdb.* 447.
Silene lapponica alpina, facie viſcariæ. *Fl. lapp.* 185.
Silene floribus in capitulum congeſtis. *Hall. helv.* 376. *t.* 7. *f.* 4.
Lychnis pyrenaica umbellifera minima. *Tournef. inſt.* 338.
Lychnis muſcaria rubra anguſtifolia, floribus in ſummitatibus cauliculorum ternis. *Rudb. lapp.* 98.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *vulgaris; eadem lecta eſt in Pellinge* Finlandiæ *& communicata a* D. Strandberg.
Obſ. *Præcedenti ſimillima eſt hæc planta, ſed piſtillorum numero & viſcoſitate diverſa.*

366. SILENE foliis lanceolatis, caule paniculato, floribus nutantibus, calyce ſtriato, corolla involuta. *Hort. cliff.* 171.
Muſcipula montana hirſuta. *Rupp. jen.* 100.

Lychnis montana viſcoſa alba latifolia. *Bauh. pin.* 205.
Lychnis ſylveſtris IX. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 291.
Habitat *in* Uplandiæ *præſertim pratis copioſe.*
Obſ. *Caulis ſuperne pilis adſpergitur, qui gluten ſecernunt, inde parum glutinoſa evadit, licet non viſcida uti prima.*

367. SILENE floribus erectis, petalis emarginatis, calycibus teretibus, foliis lanceolatis.
Silene floribus erectis laxe diſtantibus, caule dichotomo. *Fl. lapp.* 183.
Lychnis ſaxatilis alpina glabra pumila. *Tourneſ. inſt.* 338. *Celſ. upſ.* 34.
Lychnis alpina glabra pumila. *Raj. hiſt.* 1003.
Alſine alpina glabra. *Bauh. pin.* 251. *prodr.* 118.
Auricula muris alpina glabra ſ. Lychnis glabra minima, aut caryophyllæi minima ſpecies, flore albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 360.
Habitat *in* Uplandiæ *monticulo Kältingi. O. Celſius. in* Weſtrogothiæ & Bahuſiæ *omnibus montibus. P. Kalm. in* Dalekarliæ *montibus Gøſsbus, Hykie, Skrolſtäd. Nos.*

368. SILENE acaulis. *Fl. lapp.* 184. *Roy. lugdb.* 447. *Hall. helv.* 375.
Lychnis alpina pumila, folio gramineo. *Bauh. pin.* 206. *Dill. elth.* 206. *t.* 167. *f.* 206.
Ocymoides muſcoſus. *Pon. bald.* 341.
Muſcus alpinus lychnidis flore. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 767.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequentiſſima.*

## ALSINE

369. ALSINE foliis ovato-cordatis, (floribus trigynis) *Fl. lapp.* 186. *Hort. cliff.* 173. *Roy. lugdb.* 449. *Gron. virg.* 161.
Alſine media. *Bauh. pin.* 250.
Alſine minor. *Dod. pempt.* 29. *Lind. wiksb.* 2.
Alſine chamædryoides. *Till. ab.* 3.
Alſine. *Frank. ſpec.* 2. *Till. ic.* 75.
*Uplandis* Nate. *Smolandis* Wät-arf. *Veſtrogothis* Waſſarf. *Oſtrobothnienſibus* Watn-arf.

Ha-

Habitat *ubique in umbroſis cultis.*
Obſ. *Quidam in floribus hujus ſtamina 5. numerarunt, cum filamenta facile cadant; examinent adhuc eandem media æſtate, & videbunt decem.*

370. ALSINE foliis cordatis, floribus pentagynis.
α Alſine marina. *Dod. pempt.* 30.
Alſine paluſtris. *Tabern. hiſt.* 1089.
Alſine aquatica major. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 550. *ſ.* 5. *t.* 23. *f.* 7.
β Alſine altiſſima nemorum. *Baub. pin.* 251. *Celſ. upſ.* 2.
Alſine major ſylveſtris. *Rudb. vall.* 2. *hort.* 5. *Lind. wiksb.* 3.
Habitat α *in littoribus ſabuloſis maris &* Mæleri *lacus paſſim.* β *in nemoribus & lucis hinc inde.*
Obſ. *Tam multa habet hæc planta cum præcedente communia, ut eandem facile dixerim; ex ſatis ſeminibus in loco ſicciori tandem patebit veritas.*

371. ALSINE foliis lanceolatis (ſerrulatis) *Hort. cliff.* 172. *Roy. lugdb.* 449.
Alſine pratenſis, gramineo folio ampliore. *Tournef. inſt.* 243.
Caryophyllus holoſteus arvenſis, flore majore. *Baub. pin.* 210.
Holoſteum. *Lob. ic.* 46.
Gramen. *Fuchſ. hiſt.* 136.
Habitat *in ſepibus* Oelandiæ & Scaniæ.

372. ALSINE foliis linearibus (integerrimis.) *Fl. lapp.* 187. *Hort. cliff.* 172. *Roy. lugdb.* 449.
α Alſine pratenſis, gramineo folio anguſtiore. *Tournef. inſt.* 243.
Caryophyllus arvenſis glaber, flore minore. *Baub. pin.* 210.
Gramen floridum minus. *Tabern. ic.* 232.
Gramen leucanthemum. *Rudb. cat.* 19. *hort.* 47. *Till. ab.* 52.

β Alſine folio gramineo anguſtiore, paluſtris. *Dill. giſſ. 113. app. 69. Celſ. upſ.* 2.

γ Alſine aquatica, folio gratiolæ, flore ſtellato. *Dill. giſſ.* 58. *app.* 39. *Celſ. upſ.* 2.
Alſine aquatica media. *Bauh. pin.* 251.
Alſine fontana. *Tabern. ic.* 712.

δ Alſine quæ Caryophyllus holoſteus arvenſis medius. (*Raj. ſyn.* 3. *p.* 347.) *Celſ. upſ.* 2.

Habitat α *in tectis, ſepibus, juniperetis frequens.*
β *in pratis humidis, e. g. in prato regio* Upſalienſi.
γ *in foſſis & rivulis exſiccatis.*

## ARENARIA.

373. ARENARIA foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus, corollis calyce brevioribus.
Arenaria foliis ſubovatis acutis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 173.
Arenaria multicaulis ſerpillifolia. *Rupp. jen.* 90.
Spergula multicaulis. *Dill. giſſ.* 58.
Lychnoides vulgaris. *Vaill. pariſ.* 121.
Alſine minor multicaulis. *Bauh. pin.* 251.
Alſine minor. *Fuchſ. hiſt.* 23.
Habitat *in arenoſis glareoſis aridis paſſim.*

374. ARENARIA foliis ovatis acutis petiolatis nervoſis. *Hort. cliff.* 173. *Roy. lugdb.* 451.
Arenaria plantaginis folio. *Rupp. jen.* 90.
Spergula plantaginis folio. *Dill. giſſ.* 58.
Alſine plantaginis folio. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 364.
Habitat *in lucis & umbroſis paſſim.*
Obſ. *Caulis dichotomus, capſulæ pendulæ, pedunculi deflexi, folia in petiolos deſinentia.*

375. ARENARIA foliis ovatis acutis carnoſis. *Fl. lapp.* 149. *it. Oel. jun.* 19.
Alſine littoralis, foliis portulacæ. *Bauh. pin.* 251.
Alſine maritima, foliis portulacæ. *Loeſ. pruſſ.* 12. *t.* 2.
Telephium maritimum, portulacæ folio. *Buxb. act.* 3. *p.* 271.

Ha-

Habitat *in littoribus marinis communiter frequens: in* Uplandia, Oelandia, Gotlandia, Scania, Baltuſia.

376. ARENARIA foliis filiformibus, ſtipulis membranaceis vaginantibus.

α Arenaria campeſtris, flore purpureo. *Rupp. jen.* 90.
Spergula purpurea. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 722.
Alſine pentaſtemon, vaginulis ad foliorum ortum ſqualentibus. *Hall. helv.* 387.
Alſine ſpergulæ facie minor, ſive ſpergula minor ſubcæruleo flore. *Bauh. pin.* 251. *prodr.* 119.

β Arenaria foliis linearibus longitudine internodiorum. *Hort. cliff.* 173. *Gron. virg.* 163.
Arenaria maritima. *Rupp. jen.* 100.
Spergula marina noſtras. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 772.
Alſine ſpergulæ facie media. *Bauh. pin.* 251.
Alſine ſpergula major maritima perennis, flore violaceo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 551. *ſ.* 5. *t.* 23. *f.* 15.

Habitat α *in collibus nudis glareoſis.* β *in littoribus maris paſſim.*

Obſ. *Nos* α & β *ſpecie conjungere multis paradoxon videbitur, qui obſervant magnitudinem, ſeminum figuram & locum natalem, durationem differre, ſed res ſalva erit.*

# *PENTAGYNIA.*

## SPERGULA.

377. SPERGULA foliis verticillatis, pedunculis dichotomis. *Hort. cliff.* 173. *Roy. lugdb.* 451.
Spergula fructu pendulo. *Fl. lapp.* 190.
Spergula. *Dod. pempt.* 527. *Rudb. hort.* 107. *Lind. wiksb.* 36. *Dill. giſſ.* 79.
Arenaria arvenſis vulgatior. *Rupp. jen.* 100.
Alſine ſpergula dicta major. *Bauh. pin.* 251.
*Smolandis* Skorf.

Habitat *in arvis inter ſegetes ubique.*

378. SPERGULA foliis oppoſitis, pedunculis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 173.
Spergula caulibus ſimplicibus procumbentibus. *Fl. lapp.* 191.
Spergula minor, foliis Knawel, flore majuſculo albo. *Dill. giſſ.* 158.
Arenaria paluſtris. *Rupp. jen.* 89.
Alſine paluſtris ericæ folio polygonoides, articulis crebrioribus, flore albo pulchello. *Pluk. alm.* 23. *t.* 7. *f.* 4.
Alſine nodoſa germanica. *Bauh. pin.* 251.
Polygonum, foliis gramineis alterum. *Læſ. pruſſ.* 204. *t.* 64.
Habitat *in paludum lateribus aridioribus; in campis depreſſis non ubique.*

## CERASTIUM.

379. CERASTIUM erectum villoſo-viſcoſum. *Hort. cliff.* 174. *Roy. lugdb.* 450.
Ceraſtium corolla calyci æquali. *Fl. lapp.* 193.
Ceraſtium hirſutum viſcoſum. *Dill. giſſ.* 41.
Myoſotis hirſuta altera viſcoſa. *Tournef. inſt.* 245. *Vaill. pariſ.* 142. *t.* 30. *f.* 1.
Alſine hirſuta altera viſcoſa. *Bauh. pin.* 251.
Alſine ſpuria quarta. *Dod. pempt.* 31.
Alſine corniculata. *Rudb. vall.* 2. *hort.* 5.
β Ceraſtium hirſutum majus, flore parvo. *Celſ. upſ.* 7.
Habitat *in maceriis & viarum marginibus.*
Obſ. *Hæc planta foliis ad apices ramorum congeſtis inflexis includentibus calyces & corollam viridem perſiſtentem majorem, interdum reperitur, quod debetur Kermes ſpeciei.*

380. CERASTIUM foliis ovato-lanceolatis; corollis calyce majoribus.
Ceraſtium corolla calyce majori. *Fl. lapp.* 192.
Myoſotis alpina latifolia. *Tournef. inſt.* 244.
Caryophyllus holoſteus alpinus latifolius. *Bauh. pin.* 210. *prodr.* 104.
Alſine myoſotis facie, Lychnis alpina, flore amplo niveo, repens. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 349. *t.* 15. *f.* 2.

β Ceraſtium foliis lanceolatis glabris. *Act. litt.* 1735. *p.* 54.
Habitat *in nemoribus alpium* Lapponicarum & Dalekarlicarum *paſſim.*

381. CERASTIUM foliis lineari-lanceolatis obtuſis, corollis calyce majoribus.
Ceraſtium foliis calycibusque hirſutis. *Hort. cliff.* 174.
Myoſotis arvenſis hirſuta, flore majore. *Tournef. inſt.* 245. *Vaill. pariſ.* 141. *t.* 30. *f.* 4.
Caryophyllus arvenſis hirſutus, flore majore. *Baub. pin.* 210.
Holoſteum caryophyllæum. *Tabern. ic.* 233.
Habitat *in* Scania.

382. CERASTIUM floribus pentandris, petalis emarginatis. *Hort. cliff.* 173. *Roy. lugdb.* 450.
Ceraſtium corolla calyce breviore. *Fl. lapp.* 193. γ
Ceraſtium hirſutum minus, parvo flore. *Dill. giſſ.* 80. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 348. *t.* 15. *f.* 1.
Myoſotis arvenſis hirſuta minor. *Vaill. pariſ.* 142. *t.* 30. *f.* 2.
Alſine hirſuta minor. *Baub. pin.* 251.
Habitat *in paſcuis* Scaniæ & Smolandiæ *frequens.*

## AGROSTEMMA.

383. AGROSTEMMA. *Hort. cliff.* 175. *Roy. lugdb.* 449.
Nigellaſtrum. *Dod. pempt.* 173. *Till. ic.* 58.
Pſeudo-melanthium. *Dalech. hiſt.* 438.
Lychnis ſegetum major. *Baub. pin.* 204.
Githago. *Trag. hiſt.* 128.
Lolium. *Fuchſ. hiſt.* 127.
*Suecis* Klätt. *Smolandis* Klint. *Gotlandis* Slätt.
Habitat *in agris inter ſegetes vulgaris.*

## LYCHNIS.

384. LYCHNIS petalis quadrifidis, fructu ſubrotundo. *Hort. cliff.* 174. *Roy. lugdb.* 449.
Caryophyllus flore laciniato ſimplici ſ. Flos cuculi. *Baub. pin.* 213.

Flos

Flos cuculi, odontis quibuſdam. *Bauh. hiſt. 3. p. 347.*
Odontites plinii, ſimplici flore. *Cluſ. hiſt. 1. p. 292.*
Armerius ſylveſtris. *Dod. pempt. 177.*
Habitat *in pratis ſubhumidis.*
Obſ. *Caules procumbunt, ſed appropinquante floreſcentia eriguntur, ut in Saponaria 346.*

## OXALIS.

385. OXALIS ſcapo unifloro, foliis ternatis, radice ſquamoſo-articulata. *Hort. cliff. 175. Roy. lugdb. 458.*
Oxalis foliis ternatis, ſcapo unifloro. *Fl. lapp. 194.*
Oxys flore albo. *Tournef. inſt. 88.*
Oxytriphyllum. *Till. ic. 57.*
Trifolium acetoſum vulgare. *Bauh. pin. 330.*
Trifolium acetoſum. *Dod. pempt. 578.*
Acetoſella vulgaris & officinarum. *Rupp. jen. 101.*
β Oxys flore ſubcæruleo. *Tournef. inſt. 88.*
*Oſtrogothis* Giökmat. *Oſtrobothnienſibus* Haar-wäpling.
Habitat *in ſylvis aceroſis muſcoſis & juniperetis vulgaris.*
Pharmac. ACETOSELLÆ *Herba, Conſerva, Syrups, Sal.*

## SEDUM.

386. SEDUM foliis planiuſculis patentibus ſerratis, corymbo terminatrice. *Hort. cliff. 176. Roy. lugdb. 456.*
Anacampſeros vulgo Faba craſſa. *Bauh. hiſt. 3. p. 681. Tournef. inſt. 264.*
Telephium vulgare. *Bauh. pin. 287. Till. ab. 65. ic. 100.*
Telephium album. *Fuchſ. hiſt. 800.*
*Smolandis* Käringkåhl.
Habitat *in tectis, muris & lapidum acervis.*

387. SEDUM foliis oblongis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus patentibus, panicula ramoſa. *Hort. cliff. 177. Roy. lugdb. 457. Hall. helv. 398.*
Sedum minus teretifolium album. *Bauh. pin. 283.*
Sempervivum minus alterum. *Dod. pempt. 129.*
Vermicularis ſ. illecebra major. *Lob. hiſt. 205.*
Habitat *in petris humidiuſculis paſſim.*

388.

388. SEDUM foliis ſubulatis confertis adnatis, baſi membranacea ſoluta, umbella racemoſa. *Hort. cliff.* 176. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 193. *Roy. lugdb.* 456. *It. Gotl.* 178.

Sedum rupeſtre repens, foliis compreſſis. *Dill. elth.* 343. *t.* 256. *f.* 333.

Sedum minus a rupe S. Vincentii. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 270.

Habitat *in* Gotlandiæ *petris calcareis ad* Hau *inter* Hanguar & Stenkyrckia: *ad latera montis* Hau Weſtrogothiæ. Gothoborgi & *monte* Stenhufwud Scaniæ.

389. SEDUM foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis alternis, racemo triplici. *Hort. cliff.* 177. *Roy. lugdb.* 456.

Sedum minus flore luteo, ſ. Illecebra. *Till. ab.* 62.

Sedum minus ſ. illecebra. *Rudb. cat.* 37. *hort.* 105.

Sedum minimum. *Frank. ſpec.* 27.

Sedum parvum acre, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 694. *Fl. lapp.* 195.

Sempervivum minus vermiculatum acre. *Bauh. pin.* 283.

Illecebra ſ. Sempervivum tertium. *Dod. pempt.* 129.

*Suecis* Fetknoppar.

Habitat *in tectis, montibus, vallibus ſiccis frequentiſſimum.*

Pharmac. Sedi minoris *Herba, Aqua.*

390. SEDUM foliis ſubovatis adnato-ſeſſilibus gibbis erectiuſculis ſexfariam imbricatis.

Habitat *cum præcedente paſſim.*

Obſ. *Cum præcedente convenit facie, magnitudine, floribus, loco; differt foliis ante floreſcentiam evidentiſſime ſexfariam imbricatis & ſapore inſipido ſive nullo modo acri.*

391. SEDUM caule erecto ſolitario annuo, foliis ovatis ſeſſilibus gibbis alternis.

Sedum foliis obtuſis teretiuſculis ſeſſilibus erectis, panicula ramoſa. *Lech. ſcan.* 33. Ha-

Habitat *in petris aridiſſimis, per* Uplandiam *præſertim vulgatiſſimum.*

Obſ. *Differt a præcedentibus radice annua, caule erecto ſolitario, nec ad terram ramos emittente; primo vere viget, facile tranſit, ſemina fundit, & e ſeminibus prognaſcitur.* Sedum minimum non acre, flore albo. Raj. ſyn. 3. p. 270. t. 12. f. 2. *figura optima hanc repræſentat, ſed flores lutei ſunt; folia punctis purpuraſcentibus adſperſa ſunt.*

## *Claſſis XI.*

# DODECANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### ASARUM.

392. ASARUM foliis ſubcordatis petiolatis. *Hort. cliff.* 178. *Roy. lugdb.* 207. *Lech. ſcan.* 34.

Aſarum. *Bauh. pin.* 197. *Dod. pempt.* 358. *Cam. epit.* 19.

Habitat *in* Scaniæ *ſylva prope* Håckebergam.

Pharmac. Asari *Radix, Folia, Semina.*

### LYTHRUM.

393. LYTHRUM foliis oppoſitis. *Hort. cliff.* 178.

Lythrum foliis oblongis acutis, floribus verticillatis. *Fl. lapp.* 197.

Salicaria vulgaris purpurea, foliis oblongis. *Tournef. inſt.* 253.

Lyſimachia ſpicata purpurea. *Bauh. pin.* 246. *Rudb. cat.* 26. *vall.* 22. *hort.* 69. *Till. ab.* 42.

β Salicaria trifolia, caule hexagono. *Tournef. inſt.* 253.

γ Lythrum foliis alternis, floribus in alis ſolitariis. *Fl. lapp.* 197. β.

Habitat *ad ripas fluviorum & lacuum ſolo lapilloſo frequens.*

DIGY-

# *DIGYNIA.*

## AGRIMONIA.

394. AGRIMONIA foliis omnibus pinnatis, fructibus hiſpidis. *Hort. cliff.* 179. *Roy. lugdb.* 240. *Hall. helv.* 407.
Agrimonia officinarum. *Tournef. inſt.* 301.
Eupatorium veterum ſ. Agrimonia. *Baub. pin.* 321.
Eupatorium. *Fuchſ. hiſt.* 244. *Cam. epit.* 756.
*Bahuſiis* Småborrar.
Habitat *in pratis apricis & ad vias, paſſim in Suecia & Gothia, copioſius in* Scania & Bahuſia.
Pharmac. AGRIMONIÆ *Herba, Aqua.*

# *POLYGYNIA.*

## SEMPERVIVUM.

395. SEMPERVIVUM foliis radicalibus carnoſis, caulinis imbriacatis membranaceis, corymbo racemoſo reflexo. *Hort. cliff.* 179.
Sempervivum tectorum majus. *Rupp. jen.* 132.
Sempervivum majus alterum ſive Barba Jovis. *Dod. pempt.* 127.
Sedum majus vulgare. *Baub. pin.* 283.
*Smolandis* Huuslök. *Oſtrogothis* Taklök.
Habitat *in tectis, præſertim* Smolandiæ & Gotlandiæ.
Pharmac. SEMPERVIVI MAJORIS *Herba.*

*Claſſis*

*Claſſis XII.*

# ICOSANDRIA

## *MONOGYNIA.*

### PADUS.

396. PADUS glandulis duabus baſi foliorum ſubjectis. *Hort. cliff.* 185. *Roy. lugdb.* 269. *Hall. helv.* 357.
Padus foliis annuis. *Fl. lapp.* 198.
Padus germanica, folio deciduo. *Rupp. jen.* 122.
Ceraſus racemoſa ſylveſtris, fructu non eduli. *Bauh. pin.* 451. *Tournef. inſt.* 626.
Ceraſus avium. *Lind. wiksb.* 8. ſive Pſeudo-Liguſtrum. *Rudb. cat.* 11. *hort.* 25. *Till. ab.* 16.
Pſeudo-Liguſtrum. *Dod. pempt.* 777. *Frank. ſpec.* 35.
*Suecis* Hägg.
Habitat *ad pagos & agros paſſim.*

### PRUNUS.

397. PRUNUS ſpinoſa, foliis lanceolatis. *Hort. cliff.* 186. *Roy. lugdb.* 268. *Hall. helv.* 355.
Prunus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 444. *Dod. pempt.* 753. *Tabern. ic.* 992.
*Suecis* Slån. *Uplandis* Stärkebär.
Habitat *in ſepibus, pratis, agrorumque acervis.*
Pharmac. ACACIÆ NOSTR. *Cortex, Flores, Fructus, Succus inſpiſſatus, Syrupus, Aqua.*
Obſ. *Stipulæ lineares, ſerrato-dentatæ: apicibus denticulorum ſphacelo quaſi correptis. Folia lanceolato-ovata, ſerrata; ſerraturis ductu excretorio terminatis; ſerratura terminatrice obtuſiore, breviore.*

## *DIGYNIA.*

### CRATÆGUS.

398. CRATÆGUS foliis ovatis inæqualiter ſerratis. *Hort. cliff.* 187. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 193. Cra-

Cratægus inermis, foliis ellipticis ſerratis transverſaliter ſinuatis ſubtus villoſis. *Fl. lapp.* 199.
Cratægus ſcandica, foliis oblongis nonnihil laciniatis & ſerratis. *Celſ. upſ.* 17.
Cratægus folio ſubrotundo laciniato & ſerrato. *Vaill. pariſ.* 24.
Cratægus ſylveſtris anglica, folio viburni. *Mill.*
Sorbus ſylveſtris anglicus. *Park. theatr.* 1420. *Raj. hiſt.* 1459.
Sorbus domeſtica. *Till. ab.* 64.
Sorbus torminalis. *Rudb. hort.* 107. *Brom. goth.* 110.
*Suecis* Oxel.
Habitat *copioſiſſime in* Oelandia *&* Gotlandia, *nec infrequens in reliquis inſulis maritimis & ad pagos ruſticorum.*
Pharmac. SORBI DOMESTICÆ *Baccæ.*

399. CRATÆGUS foliis obtuſis bis trifidis. *Hort. cliff.* 188. *Roy. lugdb.* 272.
Meſpilus apii folio ſylveſtris ſpinoſa ſ. Oxyacantha. *Bauh. pin.* 454. *Tournef. inſt.* 642.
Oxyacantha ſive Spina acuta. *Dod. pempt.* 751.
*Suecis* Hagtorn. *Smolandis* Haſtorn.
Habitat *in pratis apricis rarius.*
Obſ. *Nulla arbor, e noſtris, impetuoſiſſimis procellis ventisque expoſita lætior viget, quam hæc.*

# *TRIGYNIA.*

## SORBUS.

400. SORBUS foliis pinnatis. *Hort. cliff.* 188.
Sorbus ſylveſtris, foliis domeſticæ ſimilis. *Bauh. pin.* 415.
Sorbus ſylveſtris aucuparia. *Frank. ſpec.* 37.
Sorbus aucuparia. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 62. *Rudb. hort.* 107. *Till. ab.* 67. *Lind. wiksb.* 36. *Fl. lapp.* 200.
Aucuparia rivini. *Rupp. jen.* 126.
*Suecis* Runn. *Gothis* Rönn.

Habitat *in ſylvis, pratis, agris & ad domos frequens.*
Pharmac: SORBI AUCUPARIÆ *Baccæ.*

# PENTAGYNIA.

## PYRUS.

401. PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi productis. *Hort. cliff.* 190. *Roy. lugdb.* 266. *Hall. helv.* 351.
Pyrus ſylveſtris. *Baub. pin.* 439. *Dod. pempt.* 799.
Piraſter. *Dalech. hiſt.* 308.
*Suecis* Willa Pâron.
Habitat *prope* Stockholmiam *in prædio Clariſſ. Phyſici & Mechanici Martini Triewaldii* Mariæberg *dicto; in* Gotlandia *paſſim; in* Scania *frequentius.*

402. PYRUS foliis ſerratis, pomis baſi concavis. *Hort. cliff.* 189. *Roy. lugdb.* 266. *Hall. helv.* 351.
Malus ſylveſtris ſive agreſtis. *Raj. hiſt.* 1448.
Mala ſylveſtria. *Baub. pin.* 435.
Mali ſylveſtres. *Dod. pempt.* 790.
*Suecis* Sur-Appel.
Habitat *in* Smolandiæ, Scaniæ, Oelandiæ *&c. pratis.*
Obſ. *Duplex datur varietas, α fructu acidiſſimo,* Sur-Appel, *quæ frequens. β fructu amaro,* Bâſk-Appel, *& ſimul ſubdulci, quæ rarior & præſertim Smolandiæ alumna.*
Uſus: *Cortex lanas colore luteo tingit. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 26.

## MESPILUS.

403. MESPILUS foliis ovatis integerrimis. *Hort. cliff.* 189. *Roy. lugdb.* 271. *Hall. helv.* 352.
Meſpilus folio ſubrotundo, fructu rubro. *Tourneſ. inſt.* 642.
Chamæmeſpilus cordi. *Baub. pin.* 452.
Chamæmeſpilus geſneri. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 60.
Cotoneaſter folio rotundo non ſerrato. *Baub. pin.* 452.
Epimelis. *Dalech. hiſt.* 198.

Habi-

Habitat *in rupibus* Uplandiæ, Oelandiæ, Smolandiæ, Scaniæ &c. *paſſim.*

## FILIPENDULA.

404. FILIPENDULA foliis pinnatis, foliolis uniformibus. *Hort. cliff.* 191. *Roy. lugdb.* 277.
Filipendula vulgaris. *Bauh. pin.* 163. *Tournef. inſt.* 293.
Filipendula. *Dod. pempt* 56. *Cam. epit.* 608. *Till. ic.* 12.
Oenanthe, Filipendula. *Lob. hiſt.* 420.
*Uplandis* & *Sudermannis* Soomilla.
Pharmac. Saxifragiæ rubræ *Radix*, *Herba.*

405. FILIPENDULA foliis pinnatis, foliolo impari trifido.
Filipendula foliolo impari majore trifido. *Hort. cliff.* 191. *Fl. lapp.* 201.
Ulmaria. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 198. *Tournef. inſt.* 265. *Till. ab.* 67. *ic.* 152. *Lind. wiksb.* 41.
Barba capræ, floribus compactis. *Bauh. pin.* 164.
Regina prati. *Dod. pempt.* 57.
*Smolandis* Karört. *Scanis* Miö-ört. *VVeſtrobothn.* Johannis-ört. *Oſtrobothnienſibus* Ahleſkogs-gräs. *Medelpadis* ölgräs. *Sudermannis* Elg-gräs. *Helſingis* Byttgräs. *Oelandis* Kallgräs. *Bahuſiis* Manngräs. *VVeſtrogothis* Möltagräs. *Oſtrogothis* Kaſſöta. *Gotlandis* Brake.
Habitat *in paſcuis & pratis humidis vulgatiſſima.*
Pharmac. Ulmariæ *Radix*, *Herba*, *Aqua.*

# *POLYGYNIA.*

## ROSA.

406. ROSA caule aculeato, petiolis inermibus, calycibus ſemipinnatis.
Roſa ſylveſtris vulgaris, flore odorato incarnato. *Bauh. pin.* 483. *Celſ. upſ.* 30.
Roſa ſylveſtris alba cum rubore, folio glabro. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 43. *Fl. lapp.* 202.

Roſa canina vulgo dicta. *Dod. pempt.* 187.
Cynoſbatos pomifera major. *Rudb. it.* 9.
β Roſa ſylveſtris vulgaris, flore rubro. *Celſ. upſ.* 30.
γ Roſa ſylveſtris vulgaris, flore niveo. *Celſ. upſ.* 30.
*Suecis* Niupon. *Helſingis* Klonger. *Smolandis* Törne.
Habitat *in ſepibus paſſim, ad margines viarum in* Uplandia *vulgatiſſima.*
Pharmac. ROSÆ SYLVESTRIS *Flores, Aqua, Fungi ſ. Bedeguar.*
CYNOSBATI *exacinati ſemina.*
Bedeguar *ſunt gallæ hiſpidæ, in quibus reperiuntur Tenthredines.*

407. ROSA caule petiolisque aculeatis, calycibus indiviſis.
Roſa ſylveſtris pomifera minor. *Bauh. pin.* 484. *Fl. lapp.* 203. *Celſ. upſ.* 30.
Roſa pumila ſpinoſiſſima, foliis pimpinellæ glabris, flore albo. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 40.
*Uplandis* Smörniupon.
Habitat *ad agrorum margines eorumque acervos paſſim.*

## RUBUS.

408. RUBUS foliis quinato-pinnatis ternatisque, caule hiſpido.
Rubus caule erecto hiſpido, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 204. *Hort. cliff.* 192.
Rubus idæus ſpinoſus. *Bauh. pin.* 479.
Rubus idæus, fructu rubro. *Lind. wiksb.* 34.
Rubus idæus. *Dod. pempt.* 143. *Rudb. cat.* 36. hircinus cervinus. *Frank. ſpec.* 36.
*Suecis* Hallon. *Smolandis* Åkerbår. *Lappis* Gappermurie. *Weſtrogothis* Ullbår. *Babuſiis* Bringbår. *Helſingis* Fallbår. *Medelpadis* Brombår.
Habitat *in agris e lapidum acervis frequens.*
Pharmac. RUBI IDÆI *Folia, Syrupus, Aqua, Acetum, Spiritus ferm. & Spiritus c. v.*

409. RUBUS foliis quinato-digitatis ternatisque, caule petiolisque aculeatis.

Ru-

Rubus caule aculeato, foliis ternatis ac quinatis. *Hort. cliff.* 192. *Gron. virg.* 163. *Act. ſtockh.* 1743. *p.* 108.
Rubus vulgaris ſive Rubus fructu nigro. *Bauh. pin.* 479.
Rubus. *Cam. epit.* 751.
*Suecis* Brombår. *Bahuſiis* Biörnbår. *Dahleröenſibus* Kåringhallon.
Habitat *in maritimis* Bahuſiæ, *nec non ad* Dahleröam & Landsort. *P. Kalm.*

410. RUBUS caule aculeato, foliis ternatis. *Hort. cliff.* 192. *Gron. virg.* 163. *Roy. lugdb.* 273. *Hall. helv.* 344.
Rubus caule aculeato reflexo perenni, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 205.
Rubus repens, fructu cæſio. *Bauh. pin.* 479.
Rubus minor. *Dod. pempt.* 742.
*Gotlandis* Pſalmbår. *Smolandis* Biörnbår. *Oſtrogothis* Biörnhallon. *Bahuſiis* Skåttlufva. *Weſmannis* Blåhallon.
Habitat *in dumetis umbroſis paſſim; in* Roſlagiæ *agris frequens.*

411. RUBUS foliis ternatis, flagellis repentibus herbaceis.
Rubus caule repente annuo, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 206. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. helv.* 344.
Rubus ſaxatilis alpinus. *Cluſ. pann.* 116.
Rubus repens ſaxatilis. *Rudb. hort.* 110.
Rubus humilis repens ſaxatilis. *Frank. ſpec.* 36.
Chamærubus ſaxatilis. *Bauh. pin.* 479.
Labruſca. *Lind. wiksb.* 20. major & minor. *Till. ab.* 37.
Vitis ſylveſtris repens. *Frank. ſpec.* 38.
Vitis longe lateque repens, Labruſca. *Rudb. it.* 9.
Vitis, Ribes ſaxatilis fructu fere umbellato. *Rudb. it.* 9.
*Bothnienſibus* Togbår. *Bahuſiis* Tagbår. *Weſmannis* Jungfrubår. *Helſingis* Kåringbår. *Roſlagis* Krasbår. *Smolandis* Kodden.

 Habi-

Habitat *inter lapides & ad acervos lapidum in pratis frequens.*

412. RUBUS foliis ternatis, caule inermi unifloro.
Rubus caule unifloro, foliis ternatis. *Fl. lapp.* 207. *t.* 5. *f.* 2. *Hort. cliff.* 192.
Rubus humilis, fragariæ folio, fructu rubro. *Rudb. it.* 9. *lapp.* 99.
Rubus humilis, flore purpureo. *Buxb. cent.* 5. *p.* 13. *t.* 26. *peſſima.*
Rubus trifolius humilis non ſpinoſus, ſapore & odore fragariæ, fructu rubro polycocco, rubo idæo ſimili. *Amm. rhut.* 185.
Fragaria fruticans. *Rudb. cat.* 17.
Fragaria Suecorum fruticans. *Rudb. hort.* 43.
Fragaria ſeptentrionalium fruticans, baccis rubris dulcibus & mellitis. *Frank. ſpec.* 14.
*Norlandis* Åkerbår. *Helſingis* Jungfrubår. *Oſtrobothnienſibus* Wiikon.
Habitat *in* Weſtrobothnia, Oſtrobothnia, *&* Angermannia *copioſe; in* Helſingia *& tota* Norlandia *paſſim. in* Dalekarlia *juxta* Fahlunam *rarius. in* Finlandia *hinc inde.*

413. RUBUS foliis ſimplicibus, caule unifloro.
Rubus caule bifolio & unifloro, foliis ſimplicibus. *Fl. lapp.* 208. *t.* 5. *f.* 1. *Hort. cliff.* 192.
Rubus humilis paluſtris, fructu e rubro flaveſcente. *Rudb. it.* 9. *lapp.* 99.
Rubus paluſtris, foliis ribes. *Frank. ſpec.* 37.
Chamærubus foliis ribes. *Bauh. pin.* 480.
Chamæmorus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 260. ſuevorum. *Rudb. hort.* 27. *Brom. goth.* 18.
Chamæmorus norwagica. *Lind. wibsb.* 8.
Morus norwagica. *Till. ab.* 47. *ic.* 159. *cum fructu.*
*Suecis* Hiortron. *Weſtrobothnienſibus* Snotter. *Helſingis* Jalbår. *Lappis* Latoch.
Habitat *in paludibus turfoſis ſylvarum & ſterilibus paſſim. in* Norlandia *copioſiſſime.*

Phar-

Pharmac. CHAMÆMORI *Fruct. conditi.*

## FRAGARIA.

414. FRAGARIA flagellis reptans. *Hort. cliff.* 192. *Roy. lugdb.* 274. *Hall. helv.* 243.
Fragaria vulgaris. *Bauh. pin.* 326. *Fl. lapp.* 209.
Fragaria minor. *Rudb. vall.* 14. fructu rubro. *Rudb. cat.* 17. *hort.* 43. *Lind. wiksb.* 13.
Fragaria. *Till. ab.* 29. *ic.* 113. *baccis rubris. Frank. ſpec.* 14.
β Fragaria minor dulci fructu. *Rudb. cat.* 17. *hort.* 43.
Fragaria minor, fructu dulci ſubalbido. *Lind. wiksb.* 13.
γ Fragaria parva pruni magnitudine. *Rudb. lapp.* 100.
*Suecis* Smultron. *Smolandis* Jordbår. *Gotlandis* Rődbår. *Helſingis* Snytterbår. *Bahuſiis* Backbår.
Habitat *in campis ſylveſtribus apricis frequentiſſima.*
Pharmac. FRAGARIÆ *Herba, Syrupus, Acetum, Aqua, Spiritus.*

## POTENTILLA.

415. POTENTILLA foliis pinnatis, caule repente. *Fl. lapp.* 210. *Hort. cliff.* 193. *Roy. lugdb.* 275.
Potentilla. *Bauh. pin.* 321. *Cam. epit.* 758. *Till. ab.* 55.
Potentilla ſive anſerina. *Rudb. cat.* 34. *hort.* 93.
Argentina. *Dod. pempt.* 600.
Pentaphylloides argenteum alatum ſeu Potentilla. *Tournef. inſt.* 292.
Habitat *ad ſemitas, vias, inque paſcuis depreſſis, ubi aquæ hyemales præſertim ſtagnant, frequens.*
Pharmac. ANSERINÆ *Herba.*

416. POTENTILLA caule fruticoſo. *Hort. cliff.* 193. *Roy. lugdb.* 275. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 193. *It. oel.* 63.
Pentaphylloides fruticoſa. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 256.
Pentaphylloides fruticoſum. *Raj. ſyn.* 2. *p.* 398. *hiſt.* 616. *Hort. angl.* 54. *t.* 54.
Pentaphylloides rectum fruticoſum eboracenſe. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 193. *ſ.* 2. *t.* 23. *f.* 5.

Pentaphylloides rectum fruteſcens. *Walth. hort. 95. t. 17.*
Pentaphylloides fruticoſa elatior, minus hirſuta. *Amm. rhut. 88. t. 17.*
Pentaphylloides fruticoſa humilior lanuginoſa & incana. *Amm. rhut. 89. t. 18. f. 1.*
Ciſtus hirſutus, flore luteo. *Rudb. hort. 35.*
*Oelandis* Tok.
Habitat *in* Oelandia *auſtrali locis depreſſis, ubi aquæ hyemales ſtagnant, frequentiſſima; alias in orbe rara planta.*

417. POTENTILLA foliis digitatis, caule erecto corymboſo.
Potentilla foliis digitatis inciſo-ſerratis, caule recto. *Hort. cliff. 193.*
Quinquefolium folio argenteo. *Bauh. pin. 325.*
Pentaphyllum minus. *Cam. epit. 760.*
*Suecis* Femfingersört.
Habitat *in tectis, agrorum viarumque marginibus paſſim.*

418. POTENTILLA foliis digitatis, caule repente, pedunculis unifloris.
Potentilla foliis digitatis longitudinaliter patenti-ſerratis, caule repente. *Hort. cliff. 194. Gron. virg. 163.*
Quinquefolium majus repens. *Bauh. pin. 325.*
Quinquefolium majus luteum. *Fuchſ. hiſt. 624.*
Habitat *in* Scania *campeſtri copioſe; in* Uplandia *paſſim; in aliis provinciis minus frequens.*
Pharmac. Pentaphylli *Radix, Herba.*

419. POTENTILLA foliis radicalibus quinatis acute inciſis, caulinis ternatis, caule declinato.
Potentilla foliis quinatis inciſis, caule aſſurgente. *Fl. lapp. 212. Hort. cliff. 194.*
Potentilla foliis quinatis acute ſerratis, ora ſericea, petalis maculatis. *Hall. helv. 339. t. 6. f. 4.*
Quinquefolium minus repens alpinum aureum. *Bauh. pin. 325.*

Pen-

Pentaphyllum tormentillæ facie. *Rudb. cat.* 32. *hort.* 85. *vall.* 28. *Till. ab.* 52.

Habitat *ubique in pratis & paſcuis apricis.*

420. POTENTILLA foliis ternatis, caule corymboſo erecto.

Potentilla foliis ternatis inciſis, caule diffuſo. *Fl. lapp.* 211. *Hort. cliff.* 193.

Pentaphylloides majus erectum, flore luteo, ternis foliis fragariæ inſtar hirſutis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 193. *ſ.* 2. *t.* 20. *f.* 2.

Trifolium norwegicum majus ſerratum, foliis crenatis, flore luteo. *Kylling. act.* 1673. *p.* 346. *t.* 346.

Habitat *in alpibus* Dalekarlicis *copioſiſſime*; *in* Dalekarlia orientali *frequens*; *in* Uplandia *aliisque rarius.*

Obſ. *Planta annua eſt, fibroſa. Caules plures e radice, pedales, primo erecti, teretiuſculi, pilis patentibus: Folia ternata, petiolata, utrinque pilis patentibus adſperſa, ſerrato-dentata, foliolis obverſe ovatis, oblongis, venoſis. rami ex alis; ſummus caulis per dichotomiam dividitur, & folia oppoſita ſubſeſſilia evadunt, in divaricatione Pedunculi nudi uniflori, calycis lobis exterioribus fere longioribus. Petala lutea integra, uti ſtamina & piſtilla, ſed ſtigmata nigricantia. Stipulæ foliorum ſemicordatæ, inciſæ aut dentatæ, præſertim in inferioribus.*

## TORMENTILLA.

421. TORMENTILLA. *Cæſalp. ſyſt.* 556. *Cam. epit.* 685. *Frank. ſpec.* 29. *Rudb. hort.* 109. *vall.* 34. *Till. ab.* 66. *ic.* 30. *Fl. lapp.* 213. *Hort. cliff.* 194. *Roy. lugdb.* 276.

Tormentilla ſylveſtris. *Bauh. pin.* 326.

Tormentilla vulgaris. *Lind. wiksb.* 37.

Potentilla foliis quinatis, flore tetrapetalo, caule erecto. *Hall. helv.* 341.

*Suecis* Blodrot.

Habitat *in paſcuis ſterilioribus ubique.*

Pharmac. TORMENTILLÆ *Radix*, *Herba*, *Eſſentia*, *Extractum*.

## COMARUM.

422. COMARUM. *Fl. lapp.* 214. *Hort. cliff.* 195. *Roy. lugdb.* 276. *Hall. helv.* 337.
Pentaphylloides paluſtre rubrum. *Tournef. inſt.* 298.
Pentaphyllum aquaticum repens. *Till. ab.* 52.
Pentaphyllum aquaticum. *Rud. cat.* 32. *hort.* 85.
Quinquefolium paluſtre rubrum. *Bauh. pin.* 325. *Frank. ſpec.* 25.
β Pentaphyllum paluſtre rubrum, craſſis & villoſis foliis, ſuecicum & hibernicum. *Pluk. alm.* 284. *t.* 212. *f.* 2. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 256.
*Uplandis* Miölkpungar. *Gothis* Kråkfötter. *Roſlagis* Kallgrås.
Habitat *in paludibus cœnoſis uliginoſisque frequens.*

## GEUM.

423. GEUM floribus erectis, fructu globoſo, ſeminum cauda uncinata nuda. *Hort. cliff.* 195.
Geum urbanum. *Geſn. hort.* 260.
Caryophyllata vulgaris. *Bauh. pin.* 321.
Caryophyllata. *Dod. pempt.* 137. *Till. ic.* 34.
*Suecis* Näglikerot.
Habitat *ad ſepes, muros, inque dumetis non infrequens.*
Pharmac: CARYOPHYLLATÆ *Radix*, *Herba*.

424. GEUM floribus nutantibus, fructu oblongo, ſeminum cauda molli plumoſa. *Hort. cliff.* 195.
Geum rivale. *Geſn. hort.* 260. *Fl. lapp.* 216.
Caryophyllata aquatica nutante flore. *Bauh. pin.* 321.
Caryophyllata ſeptentrionalium rotundifolia, papposo flore. *Lob. ic.* 694.
Caryophyllata pratenſis purpurea. *Frank. ſpec.* 7.
Caryophyllata pratenſis, Benedicta rubra. *Till. ab.* 15.
Caryophyllata montana rubra minor. *Rudb. cat.* 10. *hort.* 23.
Caryophyllata montana, flore purpureo papposo nutante. *Lind. wiksb.* 7. *Hel-*

*Helſingis* Fårpungar. *Weſtrogothis* Fårepungar. *Oſtrogothis* Baggpungar. *Gotlandis* Kattballar.

Habitat *ubique in pratis humidiuſculis.*

## DRYAS.

425. DRYAS. *Fl. lapp.* 215. *Hort. cliff.* 195. *Roy. lugdb.* 279. *Hall. helv.* 335.

Caryophyllata alpina, Chamædryos folio. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 432. *ſ.* 4. *t.* 26. *f.* 9. *Tournef. inſt.* 295. *Raj. hiſt.* 608. *ſyn.* 3. *p.* 253.

Chamædrys alpina, ciſti flore. *Baub. pin.* 248.

Chamædrys montana fruteſcens durior. *Lob. ic.* 495.

Chamædrys 3. ſive montana. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 351.

Chamædrys alpina, flore fragariæ albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 290.

Habitat *in alpibus Lapponicis frequens.*

Obſ. *Folia acuta pinguntur a plerisque, cum tamen obtuſiſſima & fere emarginata ſint. Planta pulchella ſempervirens.*

## Claſſis XIII.

# POLYANDRIA

## MONOGYNIA.

## NYMPHÆA.

426. Nymphæa calyce magno pentaphyllo. *Fl. lapp.* 218. *Hort. cliff.* 203. *Roy. lugdb.* 480.

Nymphæa lutea major. *Bauh. pin.* 193. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 77.

Nymphæa lutea. *Cam. epit.* 635.

Nymphæa flore luteo. *Till. ab.* 48. *ic.* 54. *Lind. wiksb.* 26. major. *Rudb. hort.* 79.

Nymphæa citrina lutea. *Frank. ſpec.* 22.

*Suecis* Näckblad. *Smolandis* Siö-ollon.

Habitat *in lacubus & fluviis frequens.*

427. Nymphæa calyce tetraphyllo, corolla multiplici. *Fl. lapp.* 219. *Hort. cliff.* 203.
Nymphæa alba major. *Bauh. pin.* 193. *Sloan. flor.* 120.
Nymphæa alba. *Dod. pempt.* 585. *Cam. epit.* 634. *Frank. ſpec.* 22. *Till. ab.* 48.
Nymphæa flore albo. *Lind. wiksb.* 26.
Nymphæa flore albo pleno. *Rudb. hort.* 79.
Leuconymphæa, nymphæa alba major. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 281.
Habitat *cum præcedente, ſed rarior.*
Pharmac. NYMPHÆÆ ALBÆ *Radix, Flores, Conſerva, Syrupus, Aqua, Oleum coctum.*

## PAPAVER.

428. PAPAVER foliis pinnatifidis hiſpidis, fructu ovato. *Hort. cliff.* 201. *Hall. helv.* 303. *Roy. lugdb.* 479.
Papaver laciniato folio, capitulo breviore glabro, annuum. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 308.
Papaver erraticum majus. *Bauh. pin.* 171.
Papaver erraticum. *Dod. pempt.* 447.
Papaver rhoeas. *Lob. hiſt.* 143.
Habitat *in agris & arvis* Uplandiæ, Oſtrogothiæ, Oelandiæ *& præſertim* Scaniæ.
Pharmac. RHOEADIS *Herba, Flores, Conſerva, Syrupus, Tinctura, Aqua.*

429. PAPAVER capſulis hiſpidis oblongo-turbinatis ſulcatis.
Papaver foliis ternato-pinnatifidis, fructu angulato. *Hort. cliff.* 201.
Papaver erraticum, capitulo longiore hiſpido. *Tournef. inſt.* 238.
Argemone capitulo longiore. *Bauh. pin.* 172. *Lob. ic.* 276.
Habitat *in* Scaniæ & Oelandiæ *arvis.*

## CHELIDONIUM.

430. CHELIDONIUM pedunculis multifloris. *Hort. cliff.* 201. *Roy. lugdb.* 478.

Che-

Chelidonium majus vulgare. *Bauh. pin.* 144.
Chelidonium majus. *Fuchſ. hiſt.* 865. *Till. ic.* 18.
Chelidonia. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 482.
Papaver corniculatum luteum, Chelidonia dictum. *Raj. ſyn.* 309.
*Suecis* Swal-ört.
Habitat *paſſim locis ruderatis.*
Pharmac. CHELIDONII MAJORIS *Radix, Herba, Aqua.*

## ACTÆA.

431. ACTÆA. *Hort. cliff.* 209. *Roy. lugdb.* 480.
Actæa caule inermi. *Fl. lapp.* 217.
Chriſtophoriana vulgaris racemoſa & ramoſa. *Tournef. inſt.* 299.
Chriſtophoriana. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 86. *Til. ic.* 148.
Aconitum racemoſum. *Baub. pin.* 182.
Aconitum racemoſum bacciferum. *Frank. ſpec.* 1.
Aconitum bacciferum ſ. Chriſtophoriana. *Rudb. hort.* 3. *Till. ab.* 2.
Napellus racemoſus dodonæi. *Dalech. hiſt.* 1747.
*Suecis* Paddbår. *Helſingis* Trollbår. *Veſtrobothnienſibus* Hundbår.
Habitat *ad radices montium, inque nemoroſis umbroſis paſſim.*

## TILIA.

432. TILIA. *Cæſalp. ſyſt.* 40. *Dod. pempt.* 838. *Hort. cliff.* 204.
Tilia fæmina. *Lob. hiſt.* 606.
Tilia fæmina, folio majore. *Baub. pin* 426.
*Suecis* Linn.
Habitat *in Sueciæ auſtralioribus provinciis frequentior; rara ad* Gulleråsby Rætvici; *in* Hykieberget Dalekarliæ. *vaſtiſſima in pago* Stegaryd Sunnerboæ Smolandiæ, *unde* Tiliandri & Linnæi *dicti.*
Pharmac. TILIÆ *Flores, Aqua, Spiritus, Conſerva, Cortex interior, Carbones.*
Uſus: *funes e cortice, aqua macerato, communiter conficiun-*

*ciuntur. Arbores cultæ tonſæ pro ambulacris; frutices in topiario opere utiles.*

## CISTUS.

433. CISTUS ſtipulis quaternis, foliis oblongis utrinque nudis, caule procumbente. *Hort. cliff.* 206. *Roy. lugdb.* 476.
Chamæciſtus vulgaris, flore luteo. *Bauh. pin.* 465.
Flos ſolis, panax chironium. *Cam. epit.* 501.
Helianthemum germanicum. *Tabern. ic.* 1062.
Helianthemum vulgare, flore luteo. *Tournef. inſt.* 249.
Habitat *in pratis exaridis paſſim.*

434. CISTUS caule procumbente, foliis oblongis utrinque glabris, ſtipulis nullis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.*194.
Ciſtus oelandicus. *Rudb. hort.* 29. *it. oel.* 66. 71.
Chamæciſtus repens ſerpillifolia lutea. *Bauh. pin.* 465?
Chamæciſtus ſerpillifolia. *Cluſ. pan.* 63?
Habitat *in* Oelandia *campeſtri* (*alwar*) *frequentiſſimus.*
Obſ. *Differt a præcedente foliis minoribus anguſtioribus; ſcapis minoribus, erectioribus, glabrioribus, lignoſioribus, rubicundioribus. Floribus ad apices ramulorum pluribus minoribus, absque macula in medio, petalis minoribus lateribus ſe mutuo non tangentibus, emarginatis, figura floris* Potentillæ 419. *Forte varietas præcedentis, ſed diſtincta ſatis ex facie, calycibus non reflexis, corollis ſæpius clauſis, germine glabro, ſtylo incurvo, ſtigmate hiſpido, ſæpius quadrifido, foliorum margine minime reflexo.*

435. CISTUS caule procumbente, foliis alternis. *Act. ſtockh.* 1741. *p* 194. *It. gotbl.* 177.
Helianthemum foliis alternis anguſtiſſimis. *Hall. helv.* 359.
Chamæciſtus 1. anguſtifolius. *Cluſ. pan.* 59.
Chamæciſtus anguſtifolia. *Bauh. pin.* 465.
Chamæciſtus erucæ folio, flore luteo. *Bauh. pin.*465.
Herba fumaria. *Bart. act.* 3. *obſ.*63. *miſcell.* 93.
Habitat *in petra plana* (fliſan) *inter Stenkyrckia & Hanguar* Gotlandiæ.

Obſ.

Obſ. *Diſtinguitur a reliquis foliis alternis. rara apud nos planta.*

## EUPHORBIA.

436. EUPHORBIA foliis crenatis, umbella univerſali quinquefida pentaphylla, partialibus trifidis, propriis triphyllis. *Hort. cliff.* 198.

Euphorbia inermis, foliis ſubrotundis crenatis. *Fl. lapp.* 220.

Eſula ſoliſequa. *Rupp. jen.* 219.

Tithymalus helioſcopius. *Baub. pin.* 291. *Cam. epit.* 963. *Till. ic.* 65.

*Smolandis* Tŏrel.

Habitat *in agris oleraceis & cerealibus frequens.*

Pharmac. Esulæ *Herba.*

Obſ. *Radix annua. Folia cuneiformia, ſerrata, alterna. Flores omnes hermaphroditi tetrapetali, petalis integris; fructus glaber; umbella univerſalis quinquefida, pentaphylla; partiales trifidæ, triphyllæ; foliolis ovatis. propriæ trifidæ, triphyllæ.*

437. EUPHORBIA foliis obverſe ovatis integerrimis, umbella univerſali trifida triphylla, partialibus dichotomis diphyllis. *Hort. cliff.* 199.

Eſula rotundifolia non crenata. *Rupp. jen.* 219.

Tithymalus parvus annuus, foliis ſubrotundis non crenatis, Peplis dictus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 256.

Peplis ſive Eſula rotunda. *Baub. pin.* 292.

Peplus. *Fuchſ. hiſt.* 603. *Dod. pempt.* 375.

Habitat *in hortis oleraceis* Uplandiæ *paſſim*, Scaniæ *frequens.*

Obſ. *Radix annua. Folia caulina obverſe ovata, integerrima, alterna. Umbellæ umbellularumque folia ovata. Flores omnes hermaphroditi; petala bicornia. fructus glaber.*

438. EUPHORBIA foliis lanceolatis, umbella univerſali multifida polyphylla, partialibus trifidis triphyllis,

lis, propriis dichotomis. *Hort. cliff.* 200. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 195.
Eſula paluſtris. *Rupp. jen.* 219.
Eſula major. *Dal. pharm.* 231.
Tithymalus paluſtris fruticoſus. *Bauh. pin.* 292.
Tithymalus maximus oelandicus. *Rudb. hort.* 109. *It. oeland.* 91.
Habitat *in pratis paludoſis* Oelandiæ *ad Ottenby & Matkroken*; Gotlandiæ *ad Slite.*
Pharmac. Esulæ *Radix, Cortex radicis.*
Obſ. *Radix perennis; caulis annuus: folia lanceolata, alterna. Umbellæ umbellularumque folia magis ovata. Umbella univerſalis multifida, polyphylla; partiales trifidæ, triphyllæ; reliquæ dichotomæ diphyllæ. fructus verrucoſus. flores primores maſculi pentapetali, ſecundarii hermaphroditi tetrapetali. petala integra.*

# *TRIGYNIA.*

## RESEDA.

439. RESEDA foliis ſimplicibus lanceolatis integris. *Hort. cliff.* 212. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 195.
Luteola herba ſalicis folio. *Bauh. pin.* 100. *Tournef. inſt.* 423.
Lutum herba. *Dod. pempt.* 80.
Pſeudoſtruthium. *Cam. epit.* 356.
*Tinctoribus* Wouw, Wau.
Habitat Calmariæ, Lundini, Landscronæ, Helſingburgi, *& pluribus in locis* Scaniæ *campeſtris.*
Uſus: *Lanas colore luteo inficit. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 25.

## DELPHINIUM.

440. DELPHINIUM caule ſubdiviſo, nectariis monophyllis. *Hort. cliff.* 217. *Roy. lugdb.* 482.
Delphinium ſegetum, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 426.
Conſolida regalis. *Cam. epit.* 521. *Till. ab.* 19. *ic.* 123.
Conſolida regalis arvenſis. *Bauh. pin.* 142.

Flos

Flos regius ſylveſtris. *Dod. pempt.* 252.
*Suecis* RidderSpore.
Habitat *in agris inter ſecale bienne frequens.*
Pharmac. CONSOLIDÆ REGALIS *Flores.*

# ACONITUM.

441. ACONITUM foliis peltatis multifidis, petalo ſupremo cylindraceo. *Fl. lapp.* 221. *Hort. cliff.* 213. *Roy. lugdb.* 482. *Hall. helv.* 312.
Aconitum lycoctonum, flore luteo. *Beſl. æſt.* 25. *f.* 2. *bona.*
Aconitum lycoctonum luteum. *Bauh. pin.* 183.
Aconitum lycoctonum luteum majus. *Dod. pempt.* 430.
Aconitum lycoctonum, flore purpureo, folio platani. *Rudb. hort.* 1.
Aconitum lycoctonum. *Frank. ſpec.* 1.
Aconitum cæruleum ſ. Napellus 1. *Rudb. lapp.* 96.
Napellus. *Rudb. cat.* 29.
Calceolus Lapponum ſ. Braſſica rhangiferorum. *Scheff. lapp.* 360.
*Medelpadis* Giſke. *Lappis* Acharas.
Habitat *in* Medelpadia *&* Angermannia *ad radices montium paſſim, copioſe; ad latera alpium* Lapponicarum *communis.*

442. ACONITUM foliorum laciniis linearibus, ſuperne latioribus linea exaratis. *Hort. cliff.* 214. *Roy. lugdb.* 482. *Gron. virg.* 165.
Aconitum cæruleum ſ. Napellus 1. *Bauh. pin.* 183.
Napellus flore cæruleo. *Rupp. jen.* 234.
Napellus verus. *Lob. hiſt.* 387.
*Suecis* Stormhatt. *Act. ſtockh.* 1739. *p.* 41. *t.* 2.
Habitat *prope* Fahlunam *in prædio Soceri mei* D. Moræi.
Uſus: *Ni eradicetur quotannis, boves & capras occidit, præſertim nuper advectas, & eas quæ plantam non agnoſcunt.*

# *PENTAGYNIA.*

## AQUILEGIA.

443. AQUILEGIA. *Cæſalp. ſyſt.* 589. *Fuchſ. hiſt.* 102. *Hort. cliff.* 215. *Roy. lugdb.* 182.
Aquilegia ſylveſtris. *Bauh. pin.* 144.
Aquileja. *Dod. pempt.* 180.
Aquilina. *Lob. hiſt.* 440.
*Suecis* Åkerleja.
Habitat *in* Scania *inter frutices montis, qui mari imminet inter* Helſingburgum & Påhlskiöp *J. Leche.*
Pharmac. AQUILEGIÆ *Herba, Flores, Semina, Aqua.*

# *HEXAGYNIA.*

## STRATIOTES.

444. STRATIOTES. *Fl. lapp.* 222. *Hort. cliff.* 221.
Stratiotes ſive Militaris aizoides. *Lob. hiſt.* 904.
Aloides. *Boerh. lugdb.* 2. *p.* 132.
Aloë paluſtris. *Bauh. pin.* 286.
Yucca paluſtris ſeptentrionalium. *Till. ab.* 68.
Sedum aquaticum. *Frank. ſpec.* 27. *Rudb. cat.* 37. *hort.* 105.
Habitat *in paludibus & fluviis pigrioribus paſſim.*

# *POLYGYNIA.*

## HEPATICA.

445. HEPATICA. *Hort. cliff.* 223. *Roy. lugdb.* 487.
Hepatica flore ſimplici cæruleo. *Rupp. jen.* 127.
Hepatica trifolia, cæruleo flore. *Cluſ. hiſt.* 2. 247.
Hepatica nobilis. *Till. ic.* 27.
Trifolium hepaticum, flore ſimplici. *Bauh. pin.* 330.
Trinitas. *Cam. epit.* 585. *Hall. helv.* 320.
Ranunculus tridentatus vernus, flore ſimplici cæruleo. *Tournef. inſt.* 286.

β

β Hepatica flore ſimplici rubro. *Celſ. upſ.* 17.
γ Hepatica flore ſimplici albo. *Celſ. upſ.* 16.
*Suecis* Blåſippa. *Gotlandis* Killingeblomma. *Smolandis* Blåweror.
Habitat *in ſylvis & juniperetis paſſim.*
Pharmac. HEPATICÆ NOBILIS *Herba, Flores.*
Uſus: *in Hypochondriaſi Gotlandorum ſpecificum.*

## PULSATILLA.

446. PULSATILLA foliis decompoſitis pinnatis, flore nutante, limbo recto. *Hort. cliff.* 223. *Roy. lugdb.* 487.
Pulſatilla folio craſſiore & majore flore. *Baub. pin.* 177.
Pulſatilla danica. *Volk. norib.* 349.
Pulſatilla. *Cam. epit.* 398. *Dod. pempt.* 433.
*Suecis* Oxöron. *Weſtrogothis* Yxner.
Habitat *in montibus & campis exaridis ſterilibus duris apricis frequens.*
Pharmac. PULSATILLÆ *Herba.*

447. PULSATILLA foliis decompoſitis pinnatis, flore pendulo, limbo reflexo. *Hort. cliff.* 223. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 195.
Pulſatilla flore minore nigricante. *Baub. pin.* 177.
Pulſatilla vulgaris, ſaturatiore flore. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 246.
Pulſatilla altera. *Dod. pempt.* 433.
Habitat *in campis duris & ſterilibus* Oelandiæ *vulgatiſſima.*

448. PULSATILLA foliis ſimpliciter pinnatis, foliolis lobatis, flore erecto.
Pulſatilla involucro piloſo nitido. *Fl. lapp.* 223.
Pulſatilla apii folio, vernalis, flore majore. *Baub. pin.* 177. *prodr.* 94. carneo. *Rudb. lapp.* 99. *Celſ. upſ.* 29.
Pulſatilla apii folio, vernalis flore minore. *Baub. pin.* 177. *prodr.* 94.
Pulſatilla lutea apii hortenſis folio. C. B. *Hall. helv. t.* 6. *f. opt.*

Habitat *in ſylvis* alpium *proximis paſſim; in alpibus* Dalekarlicis *copioſe; in monte patibuli* Upſaliæ, *inque* Weſmannia.

## ANEMONE.

449. ANEMONE ſeminibus hirſutis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 195. *It. oeland.* 112.
Anemone ſeminibus ſeta plumoſa terminatis. *Hort. cliff.* 224.
Anemone ſylveſtris alba major. *Bauh. pin.* 176.
Anemone ſylveſtris 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 244.
Anemone 4. *Dod. pempt.* 434.
Anemone magna alba plurima parte anni florens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 411.
Habitat *in* Oelandia *prope Matkröken ad pagum Huswalla in agrorum marginibus.*

450. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, caule unifloro. *Hort. cliff.* 224.
Anemone nemoroſa, flore majore. *Bauh. pin.* 176.
Anemone V. *Dod. pempt.* 435.
Anemonoides flore albo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 36.
Anemonoides vulgaris monanthos, flore albo. *Vaill. act.* 1719. *p.* 39.
Nemoroſa flore roſeo albo expanſo. *Rupp. jen.* 128.
Ranunculus nemoroſus. *Till. ic.* 36.
Ranunculus phragmites albus vernus. *Tournef. inſt.* 285.
*Suecis* Hwitſippa. *Smolandis* Hwitwerf. *Gotlandis* Fageblomma. *Helſingis* Kiåhlblomſter. *Weſtrogothis* Hwitlåckor.
Habitat *ubique in pratis vere.*
Pharmac. Ranunculi albi *Aqua.*

451. ANEMONE ſeminibus acutis, foliolis inciſis, petalis ſubrotundis, caule ſæpius bifloro. *Hort. cliff.* 125. *Lech. ſcan.* 38.
Anemonoidis flore luteo bino & terno. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 36.
Anemone ranunculus flore luteo. *Dill. giſſ.* 39.

Ne-

Nemoroſa flore luteo, modo unico modo gemello. *Rupp. jen.* 128.

Ranunculus nemoroſus luteus. *Baub. pin.* 178.

Habitat *in nemoribus* Scaniæ *paſſim*, Nos. *prope* Aboam *nec non in* Bahuſia, *P. Kalm. in ſylva* Ekolſundenſi, *O. Celſius.*

## THALICTRUM.

452. THALICTRUM ſeminibus triangularibus pendulis, ſtipulis caulinis. *Hort. cliff.* 226. *n.* 1. *Roy. lugdb.* 285. *Hall. helv.* 309.

Thalictrum majus, florum ſtaminibus purpuraſcentibus. *Baub. pin.* 337.

Thalictrum alpinum aquilegiæ foliis, florum ſtaminibus purpuraſcentibus. *Tournef. inſt.* 270.

Habitat *in* Scania *prope Lundinum ad pagum Fogelſång, nec non ad Simonstorp.*

453. THALICTRUM caule folioſo ſulcato, panicula multiplici erecta. *Hort. cliff.* 226. *Roy. lugdb.* 485. *Hall. helv.* 308.

Thalictrum majus, ſiliqua anguloſa aut ſtriata. *Baub. pin.* 336.

Thalictrum pratenſe. *Lind. wiksb.* 37.

Thalictrum magnum. *Dod. pempt.* 58.

Ruta pratenſis. *Till. ab.* 60. *ic.* 98.

Habitat *in pratis udis* Norlandiæ & Uplandiæ *frequens.*

454. THALICTRUM caule folioſo æquali, foliolis caulinis acutis, panicula ſimplici, floribus nutantibus.

Thalictrum minus. *Baub. pin.* 337. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 196.

Ruta pratenſis minor. *Tabern. ic.* 55. *Till. ic.* 98.

Habitat *in pratis* Gotlandiæ *copioſe*; *in* Smolandia *prope Vexioniam ad agrorum margines rarius. in inſulis* Bahuſiæ *frequens. in* Scania *vulgaris.*

455. THALICTRUM caule ſimpliciſſimo ſubnudo, racemo ſimplici laxo terminatrice. *Hort. cliff.* 227.

Thalictrum caule ſubnudo ſimplici, foliolis obtuſis. *Fl. lapp.* 225.

Thalictrum montanum minimum præcox, foliis ſplendentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 325. *ſ.* 9. *t.* 20. *f.* 14.

Thalictrum inodorum omnium minimum. *Rudb. lapp.* 100.

Habitat *in Alpibus* Lapponiæ *frequens, uti & in ſylvarum adjacentium glareoſis humidiuſculis.*

## ADONIS.

456. ADONIS radice perenni. *Hort. cliff.* 231. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 196. *It. oel.* 73. *Roy. lugdb.* 488.

Adonis perennis dodecapetalos. *Hall. helv.* 319.

Adonis præcox perennis, flore luteo, caule plano. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 26. *ſ.* 6. *t.* 9. *f.* 1.

Ranunculus fœniculaceis foliis, hellebori nigri radice. *Tournef. inſt.* 291.

Buphthalmum. *Dod. pempt.* 261.

Helleborus niger tenuifolius, buphthalmi flore. *Bauh. pin.* 186.

Helleborus niger ferulaceus, caule geniculato, flore magno tulipæ minoris inſtar. *Mentz. pug. t.* 3. *f.* 1.

Habitat *in* Oelandiæ *monticulis apricis & ad agrorum margines prope Kaſtlöſa præſertim frequens. in Inſula Carolina majore rarior.*

## RANUNCULUS.

457. RANUNCULUS foliis lanceolatis, caule erecto. *Hort. cliff.* 228.

Ranunculus longifolius paluſtris major. *Bauh. pin.* 34. *Celſ. upſ.* 30.

Ranunculus lanceolatus major. *Tabern. ic.* 48.

Lingua plinii. *Dalech. hiſt.* 1037.

Habitat *in fluviis præſertim* Uplandiæ & Roſlagiæ, Tawaſtlandiæ *paſſim.*

458. RANUNCULUS foliis ovato-lanceolatis petiolatis, caule declinato. *Hort. cliff.* 228. *Roy. lugdb.* 489. *Hall. helv.* 322.
Ranunculus foliis ovato-oblongis integerrimis, caule procumbente. *Fl. lapp.* 235.
Ranunculus flammeus. *Frank. ſpec.* 25.
Ranunculus flammula paluſtris longifolius. *Lind. wiksb.* 34.
Ranunculus flammula. *Rudb. cat.* 35. *hort.* 95. *Till. ab.* 57.
Flammula ranunculus. *Dod. pempt.* 432.
*Uplandis* Åltgrås.
Habitat *in paſcuis udis ubique.*

459. RANUNCULUS foliis linearibus, caule repente. *Fl. lapp.* 236. *t.* 3. *f.* 5.
Ranunculus longifolius minimus reptans. *Mart. burſ.* 538.
Ranunculus minimus. *Till. ab.* 57.
Ranunculus paluſtris, anguſtioribus foliis, minimus. *Brom. goth.* 55.
Ranunculus flammeus minimus, ſpergulæ folio. *Buxb. cent.* 5. *app.* 41.
Ranunculus repens gramineis foliis e ſingulis geniculis radices agens. *Amm. rhut.* 80. *t.* 13. *f.* 1.
Habitat *ad littora lacuum Mæleri* Uplandiæ, *Mæklen* Smolandiæ, *Venneri* Veſtrogothiæ, *alibique rarius.*

460. RANUNCULUS foliis cordatis angulatis petiolatis. *Hort. cliff.* 228.
Ficaria. *Dill. giſſ.* 39. *gen.* 108.
Chelidonium minus. *Fuchſ. hiſt.* 866. *Dod. pempt.* 49. *Till. ic.* 19.
Scrophularia minor. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 468.
Habitat *in agris oleraceis, umbroſis, ſepibus paſſim.*
Pharmac. CHELIDONII MINORIS *Radix, Herba.*

461. RANUNCULUS caule ſubnudo unifloro, floribus tripartitis lobatis obtuſis.

Ranunculus caule unifolio & unifloro, foliis tripartitis. *Fl. lapp.* 231. *t.* 3. *f.* 4.

Ranunculus caule nudo unifloro, foliis trifidis. *Act. litt.* 1732. *p.* 56.

Habitat *in* Lapponia *ſylveſtri Umenſi juxta fluvium Juchtan.*

Obſ. *Ranunculus repens, flore in caule ſingulari, foliis varie ſectis. Amm. rhut.* 81. *t.* 13. *f.* 2. *noſtrum refert caule & flore; folia diverſa ſunt, at noſtra minime repens viſa eſt.*

*Ranunculus caule aphyllo unifloro, foliis rotundis ſemitrifidis. Hall. helv.* 326. *nomen quadammodo bonum, at ſynonyma figuræ, color floris albus a noſtra omnino diverſa ſunt.*

*Folia ambitu fere reniformia, ſed tripartita ad baſin uſque, lobo intermedia minori obſolete trilobo, lateralibus pluribus lobulis notatis.*

462. RANUNCULUS foliis radicalibus reniformibus crenatis inciſis, caulinis digitatis linearibus. *Hort. cliff.* 229. *n.* 8. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 327.

Ranunculus nemoroſus ſive ſylvaticus, folio ſubrotundo. *Baub. pin.* 178.

Ranunculus 1. ſylveſtris. *Dalech. hiſt.* 1028.

Habitat *in paſcuis ſubhumidis frequens.*

463. RANUNCULUS fructu oblongo, foliis inferioribus palmatis, ſummis digitatis. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 490. *Hall. helv.* 323.

Ranunculus paluſtris, apii folio, lævis. *Baub. pin.* 180.

Ranunculus paluſtris rotundiore folio. *Lob. hiſt.* 382.

Ranunculus ſylveſtris 1. *Dod. pempt.* 426.

Habitat *in paludibus & ad aquarum ripas frequens.*

464. RANUNCULUS calycibus hirſutis, caule bifloro, foliis multifidis.

Ranunculus caule bifloro, calyce hirſuto. *Fl. lapp.* 233. *t.* 3. *f.* 1.

Ranun-

Ranunculus caule multifloro, foliis multifidis, calyce floris albi villoſo. *Hall. helv.* 326.

Ranunculus montanus purpureus, calyce villoſo, felicis platerii. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 868. *Scheuch. alp.* 339. 140. *t.* 20. *f.* 1.

Ranunculus primus. *Mart. ſpitzb.* 43. *t.* 1. *f. D.*

Ranunculus alpinus roſeus purpureus, calyce hirſuto. *Rudb. lapp.* 99.

β Ranunculus alpinus roſeus albus, calyce hirſuto. *Rudb. lapp.* 99.

Habitat *in Alpibus altiſſimis* Lapponiæ *frequentiſſimus.*

465. RANUNCULUS calycibus hirſutis, caule unifloro, foliis radicalibus palmatis, caulinis multipartitis, ſeſſilibus. *Fl. lapp.* 232. *t.* 3. *f.* 2. *Hall. helv.* 326.

Ranunculus minimus alpinus luteus. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 861. *f. interior.*

β Ranunculus prædictus pygmæus. *Fl. lapp.* 232. *t.* 3. *f.* 3.

Habitat *in Alpibus altiſſimis* Lapponiæ *ubique.*

466. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis teretibus, foliis tripartito-multifidis; ſummis linearibus.

Ranunculus foliis peltatis quinquangularibus multipartitis: laciniis linearibus. *Hort. cliff.* 231.

Ranunculus pratenſis erectus acris. *Bauh. pin.* 178. *Fl. lapp.* 228.

Ranunculus pratenſis, ſurrectis cauliculis. *Lob. hiſt.* 379.

Ranunculus hortenſis 2. *Dod. pempt.* 426.

*Suecis* Smörblomſter. *Veſtrogothis* Sologon.

Habitat *in pratis & paſcuis frequentiſſimus, præſertim in* Norlandia *copioſius.*

467. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis multipartitis.

Ranunculus polyanthemos ſimplex. *Lob. ic.* 666. *Vaill. pariſ.* 169.

Ranunculus ſylveſtris. *Tabern. ic.* 42. *hiſt.* 117.

Habitat *in pratis riguis elevatis fertiliſſimis* Uplandiæ & *alibi rarius.*

468. RANUNCULUS calycibus patulis, pedunculis ſulcatis, ſtolonibus repentibus, foliis compoſitis.
Ranunculus foliis ternatis, foliolis petiolatis trifidis inciſis medio productiore, caule multifloro. *Hort. cliff.* 230.
Ranunculus pratenſis repens hirſutus. *Bauh. pin.* 179. *Fl. lapp.* 230.
Ranunculus hortenſis 1. *Dod. pempt.* 425.
Ranunculus pratenſis & hortenſis, reptante caulicu-lo. *Lob. hiſt.* 379.
Ranunculus. *Till. ic.* 89.
Habitat *in agris & hortis oleraceis frequens.*

469. RANUNCULUS calycibus retroflexis, pedunculis ſulcatis, caule erecto, foliis compoſitis.
Ranunculus radice ſimplici globoſa. *Hort. cliff.* 230. *Roy. lugdb.* 491. *Hall. helv.* 323.
Ranunculus bulboſus. *Lob. ic.* 666. *Fl. lapp.* 229.
Ranunculus tuberoſus. *Dod. pempt.* 431.
Ranunculus pratenſis, radice verticilli moda rotunda. *Bauh. pin.* 179.
Habitat *in pratis frequens.*

470. RANUNCULUS ſeminibus aculeatis, foliis ſuperioribus decompoſitis linearibus. *Hort. cliff.* 229. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 196. *it. oel.* 104.
Ranunculus arvenſis echinatus. *Bauh. pin.* 179. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 859.
Ranunculus ſylveſtris 3. *Dod. pempt.* 427.
Habitat *in agris* Gotlandiæ *inter ſegetes paſſim.*

471. RANUNCULUS foliis ternatis integerrimis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 196. *it. oel. jun.* 2.
Ranunculus foliis tripartitis: laciniis linearibus, caule multifloro, radice tuberoſa. *Hort. cliff.* 230.
Ranunculus lanuginoſus anguſtifolius, grumoſa radice major & minor. *Bauh. pin.* 181.

Ra-

Ranunculus illyricus, radicibus bulboſis, foliis oblongis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 863.
Ranunculus illyricus. *Lob. hiſt.* 383. *Dod. pempt.* 428.
Ranunculus grumoſa radice 4. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 240.
Habitat *in* Oelandia *in agris & ad agrorum margines prope templum Hulterſtad & alibi in Oelandia rarius rariſſima planta.*

472. RANUNCULUS foliis ſubmerſis capillaceis.
α Ranunculus foliis omnibus capillaceis circumſcriptione rotundis. *Hort. cliff.* 231. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 328.
Ranunculus aquatilis omnino. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 781.
Ranunculus aquaticus albus, circinatis tenuiſſime diviſis foliis, floribus ex alis longis pediculis innixis. *Pluk. alm.* 311. *t.* 55. *f.* 2.
Ranunculoides folio circinato tenuiſſime diviſo. *Vaill. act.* 1719. *p.* 49.
β Ranunculus foliis inferioribus capillaceis, ſuperioribus peltalis. *Fl. lapp.* 234. *Roy. lugdb.* 492. *Hall. helv.* 328.
Ranunculus aquaticus folio rotundo & capillaceo. *Bauh. pin.* 180.
Ranunculus aquatilis. *Dod. pempt.* 387.
Ranunculus aquaticus rotundifolius. *Rudb. hort.* 96.
Ranunculoides foliis variis. *Vaill. act.* 1719. *p.* 49.
*Dahleröenſibus* Åhlnate.
Habitat α *in foſſis.* β *in fluviis frequens.*

## CALTHA.

473. CALTHA. *Fl. lapp.* 227. *Hort. cliff.* 228. *Roy. lugdb.* 484. *Gron. virg.* 166. *Till. ic.* 64.
Caltha paluſtris, flore ſimplici. *Bauh. pin.* 276.
Caltha paluſtris, flore luteo. *Rudb. vall.* 7.
Populago flore majore. *Tournef. inſt.* 273.
Pſeudo-Helleborus ranunculoides pratenſis rotundifolius ſimplex. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 461.
Ranunculus latifolius. *Dalech. hiſt.* 1036.

Sue-

*Suecis* Kalfleka. *Smolandis* Kabbalôk. *Uplandis* Miôlkroſer. *Weſmannis* Fålsungefötter.

Habitat *in uliginoſis frequens.*

## HELLEBORUS.

474. HELLEBORUS flore clauſo erecto petiolato, caule ſimpliciſſimo.

Helleborus foliis angulatis multifidis, flore globoſo. *Hort. cliff.* 227.

Helleborus caule ſimplici, flore pedunculato. *Fl. lapp.* 226.

Helleborus niger, ranunculi folio, flore globoſo majore. *Tournef. inſt.* 272.

Helleboro - ranunculus, flore luteo globoſo. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 297.

Pſeudo - Helleborus ranunculoides, flore globoſo. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 467. *ſ.* 12. *t.* 2. *f.* 2.

Ranunculus montanus, aconiti folio, flore globoſo. *Bauh. pin.* 192.

Ranunculus flore luteo globoſo. *Rudb. hort.* 97.

Ranunculus globoſus. *Rudb. vall.* 30.

Trollius. *Rupp. jen.* 130.

*Oſtrogothis* Bullerblomster. *Veſtrogothis* Smörboltar. *Smolandis* Ångknappar.

Habitat *in Alpibus* Lapponicis *copioſe*; *in* Scania *campeſtri paſſim. in* Smolandia *ad pagum Slättbult, ad Stenbrobult & alibi*; *in* Bahuſia.

*Claſſis XIV.*

# DIDYNAMIA

# *GYMNOSPERMIA.*

## AIUGA.

475. AIUGA tetragono - pyramidalis.

Bugula non crenata tomentoſa ſuecica, ſeminibus albis. *Pluk. alm.* 73.

Bu-

Bugula ſylveſtris villoſa, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 109.

Bugula foliis anguloſe dentatis, caule ſimplici. *Hall. helv.* 635.

Conſolida media genevenſis. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 432.

*Suecis* Kiäringruka.

Habitat *in pratis montanis & ſecus vias paſſim.*

Pharmac. CONSOLIDÆ MEDIÆ *Herba.*

## TEUCRIUM.

476. TEUCRIUM foliis ovato-lanceolatis ſerrulatis ſeſſilibus, floribus ſæpius binatis. *Hort. cliff.* 302.

Chamædrys paluſtris allium redolens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 423.

Scordium. *Bauh. pin.* 247. *Dod. pempt.* 126.

Habitat *in pratis humidis* Gotlandiæ *ad Romam*; *in* Oelandia *paſſim*; *in* Scania *ad Lommam & Malmogiam.*

Pharmac. SCORDII *Herba*, *Syrupus*, *Aqua*, *Eſſentia.*

## THYMUS.

477. THYMUS floribus capitatis, caulibus repentibus, foliis planis obtuſis baſi ciliatis.

Thymus repens foliis planis, floribus verticillato-ſpicatis. *Hort. cliff.* 306.

Serpyllum vulgare minus. *Bauh. pin.* 220.

Serpyllum vulgare. *Dod. pempt.* 277.

Serpillum. *Till. ic.* 93.

β Serpyllum vulgare, flore albo. *Tournef. inſt.* 197.

γ Serpyllum vulgare minus, capſulis lanuginoſis. *Tournef. inſt.* 197.

*Suecis* Back-Timian.

Habitat *in campis elevatis montibusque apricis exaridis paſſim*, *in* Scania *campeſtri copioſius. varietas γ. capitulis tomentoſis* Upſaliæ *paſſim obvia cauſſatur a Kerme, uti in Veronica, Ceraſtio; ſed præter hanc monſtroſam varietatem, aliam reperire licet frequentem in peninſula Orientali* Gotlandiæ *Sanct Olofsholme dicta,*

*dicta, ubi hic* THYMUS *foliis omnibus utrinque albis rigidisque pilis utrinque hiſpidus eſt.*

Pharmac. SERPYLLI *Herba, Conſerva, Aqua, Oleum.*

478. THYMUS floribus verticillatis, pedunculis unifloris, caulibus erectis ſubramoſis, foliis acutis ſerratis.

Thymus caulibus vix ramoſis, foliis ovatis acutis, pedunculis pluribus unifloris. *Hort. cliff.* 306.

Clinopodium arvenſe, ocymi facie. *Bauh. pin.* 225. *Tournef. inſt.* 195.

Clinopodium vulgare. *Lob. ic.* 506.

Acinos. *Riv. mon.* 47.

*Nericiis* Har-mynta.

Habitat *in collibus aridis glareoſis paſſim.*

## CLINOPODIUM.

479. CLINOPODIUM foliis ovatis, capitulis verticillatis. *Hort. cliff.* 305. *Roy. lugdb.* 313.

Clinopodium origano ſimile. *Bauh. pin.* 225.

Clinopodium. *Till. ic.* 120.

*Uplandis* Berg-mynta.

Habitat *in montibus & pratis aridis.*

Pharmac. CALAMINTHÆ MONTANÆ *Herba deſumitur apud noſtros perperam, quæ ex Calamintha* Meliſſæ *ſpecie colligeretur.*

## ORIGANUM.

480. ORIGANUM foliis ovatis, ſpicis laxis erectis confertis paniculatis. *Hort. cliff.* 305. *Roy. lugdb.* 323. *Grov. virg.* 65.

Origanum ſylveſtre. *Bauh. pin.* 223.

Origanum ſylveſtre ſive vulgare. *Fuchſ. hiſt.* 552.

Origanum vulgare. *Cam. epit.* 469.

*Suecis* Doſta. *Uplandis* Koning. *Bahuſiis* Mærmynta. *Smolandis* Konungagrås.

Habitat *in montibus, petris abruptis, præſertim* Uplandiæ, Gotlandiæ, Oelandiæ, Scaniæ, Bahuſiæ *copioſe.*

Phar-

Pharmac. Origani vulgaris *Herba.*
Uſus: *Herba lanas colore purpuraſcente induit. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 24.

## MENTHA.

481. MENTHA floribus verticillatis, foliis ovatis acute ſerratis. *Hort. cliff.* 207. *Roy. lugdb.* 326. *Hall. helv.* 658.
Mentha arvenſis verticillata hirſuta. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 217. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 369. *ſ.* 11. *t.* 7. *f.* 5.
Calamintha arvenſis verticillata. *Bauh. pin.* 29.
*Suecis* Mynta, *Smolandis* Horſa-mynta.
Habitat *ubique in agris, pratis humidis, cultis & ruderatis.*
Pharmac. Menthæ sylvestris *Herba.*

482. MENTHA floribus capitatis, foliis ovatis ſerratis petiolatis. *Hort. cliff.* 306. *Roy. lugdb.* 325.
Mentha foliis ovato-lanceolatis; verticillis paucis, ſupremo maximo. *Hall. helv.* 658.
Mentha rotundifolia paluſtris ſ. aquatica major. *Bauh. pin.* 227.
Mentha aquatica ſ. Siſymbria. *Lob. hiſt.* 272.
Habitat *ad ripas fluviorum & lacuum rarius.*

## GLECHOMA.

483. GLECHOMA foliis reniformibus crenatis. *Hort. cliff.* 307. *Roy. lugdb.* 320.
Chamæclema vulgare. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 172.
Chamæciſſus. *Fuchſ. hiſt.* 876. *Rupp. jen.* 188.
Calamintha humilior, folio rotundiore. *Tournef. inſt.* 194.
Hedera terreſtris vulgaris. *Bauh. pin.* 306.
Hedera terreſtris. *Till. ic.* 56.
Habitat *in umbroſis ad ſepes, inque dumetis pomariiſque frequens.*
Pharmac. Hederæ terrestris *Herba, Syrupus, Conſerva, Aqua.*

BAL-

## BALLOTA.

484. BALLOTA foliis cordatis indiviſis ſerratis.
Ballota. *Hort. cliff.* 311. *Roy. lugdb.* 315.
Ballote. *Fuchſ. hiſt.* 154. *Cam. epit.* 572. *Tournef. inſt.* 185.
Marrubium nigrum fœtidum. *Bauh. pin.* 230.
Habitat *in* Scania *campeſtri, Lundini & alibi paſſim.*

## MARRUBIUM.

485. MARRUBIUM denticulis calycinis ſetaceis uncinatis. *Hort. cliff.* 342. *Roy. lugdb.* 315. *Hall. helv.* 648.
Marrubium album vulgare. *Bauh. pin.* 230.
Marrubium vulgare. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 34.
*Suecis* Andorn.
Habitat *paſſim ad pagos & urbes juxta vias, plateas, muros, ruderata, præſertim in argilloſis.*
Pharmac. MARRUBII ALBI *Herba.*

## NEPETA.

486. NEPETA floribus interrupte ſpicatis pedunculatis. *Hort. cliff.* 310. *Roy. lugdb.* 316. *Gron. virg.* 65.
Cataria major vulgaris. *Tournef. inſt.* 202.
Cataria herba. *Dod. pempt.* 99.
Mentha cataria vulgaris & major. *Bauh. pin.* 228.
*Suecis* Kattmynta. *Bahuſiis* Löſſegrås.
Habitat *in ruderatis & monticulis rarius.*

## BETONICA.

487. BETONICA corollarum lacinia intermedia labii inferioris emarginata. *Roy. lugdb.* 316.
Betonica. *Fuchſ hiſt.* 350. *Cam. epit.* 681. *Hort. cliff.* 310.
Betonica purpurea. *Bauh. pin.* 235.
Habitat *in* Scania *ad Stehag, & Maglögård, uti & in loco per unicum milliare Lundino remoto.* J. Leche.
Pharmac. BETONICÆ *Herba, Flores, Conſerva, Syrupus, Aqua.*

## SIDERITIS.

488. SIDERITIS calycibus ſubinermibus hiſpidis.

Side-

Sideritis alſines triſſaginis folio. *Bauh. pin.* 233. *prodr.* 111. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 389.
Sideritis humilis, lato obtuſo folio. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 242.
Murrubiaſtrum vulgare. *Tournef. inſt.* 190.
Habitat *in agris* Scaniæ *campeſtris ad Öfvidskloſter & Helſingburgi.* J. Leche.
Deſcr. Radix *annua.* Caulis *ex alis inferioribus brachiatus, tetragonus, hiſpidus.* Folia *ad ramorum exortum, cordata, obtuſa, petiolata, crenata,* ſumma *vix verticillis longiora.* Verticilli *ſinguli ex quinque floribus;* calycibus *ſubſeſſilibus gibbis, profunde quinquefidis, ſpina fere terminatis. Tota planta pilis rigidiuſculis hiſpida.*

## STACHYS.

489. STACHYS verticillis ſexfloris, foliis cordatis petiolatis.
Stachys foliis cordatis acuminatis petiolatis, floribus laxe ſpicatis. *Hort. cliff.* 309. *Roy. lugdb.* 317. *Hall. helv.* 642.
Stachys ſylvatica. *Riv. mon.* 26.
Galeopſis legitima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 35.
Galeopſis procerior foetida ſpicata. *Tournef. inſt.* 185.
Lamium maximum ſylvaticum foetidum. *Bauh. pin.* 231.
Urtica heraclea. *Tabern. ic.* 536.
Habitat *paſſim ad montium radices, inque lupuletis.*

490. STACHYS verticillis ſexfloris, foliis lineari-lanceolatis ſemiamplexicaulibus.
Stachys foliis lineari-lanceolatis ſeſſilibus baſi emarginatis. *Hort. cliff.* 309. *Roy. lugdb.* 317.
Stachys paluſtris. *Riv. mon.* 26.
Stachys paluſtris foetida. *Bauh. pin.* 236.
Stachys aquatica. *Tabern. ic.* 577.
Galeopſis paluſtris, folio betonicæ, flore variegato. *Tournef. inſt.* 185.
Lyſimachia hirſuta purpurea, flore galericulato. *Loeſ. pruſſ.* 156. *t.* 41.
Habitat *in agris & cultis humidioribus & ad ripas frequens.*

## GALEOPSIS.

491. GALEOPSIS ramis ſummis ſtrigoſis. *Hort. cliff.* 314. *Roy. lugdb.* 319.
Galeopſis corolla rubra aut alba. *Fl. lapp.* 237.
Galeopſis procerior, caliculis aculeatis, flore purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 185.
Ladanum verticillis crebrioribus, flore purpureo, caule fulcrato. *Dill. giſſ.* 135.
Tetrahit verticillis crebrioribus, flore purpureo, caule fulcrato. *Celſ. upſ.* 41.
Lamium, cannabino folio, vulgare. *Raj. ſyn.* 3 *p.* 241.
Cannabina flore purpuraſcente. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 159.
Cannabis ſpuria. *Riv. mon.* 44.
Urtica aculeata, foliis ſerratis. *Bauh. pin.* 232.
β Galeopſis procerior, caliculis aculeatis, floribus candidis. *Tournef. inſt.* 185.
γ Galeopſis corolla flava: labio inferiore maculato. *Fl. lapp. p.* 193.
Lamium cannabinum aculeatum, flore ſpecioſo luteo, lobis purpureis. *Pluk. alm.* 204. *t.* 41. *f.* 4.
Cannabis ſpuria, flore majore. *Riv. mon.* 45.
Cannabis ſpuria anguſtifolia, variegato flore, polonica. *Barr. rar.* 1158.
*Uplandis* Pliſter. *Smolandis* Sugor. *Helſingis* Pipſór.
Habitat *in agris inter ſegetes & olera frequens, præſertim γ apud nos ubique vulgatiſſima.*
Obſ. *Ramorum internodia ſuperne ventricoſiora; verticilli ſummi contigui.*

492. GALEOPSIS ramis ſummis pubeſcentibus. *Hort. cliff.* 314. *Roy. lugdb.* 319.
Galeopſis patula ſegetum, flore purpuraſcenre. *Tournef. inſt.* 185.
Tetrahit verticillis paucioribus, flore purpureo. *Celſ. upſ.* 42.
Ladanum ſegetum, folio latiore. *Riv. mon.* 24.
Sideritis arvenſis anguſtifolia rubra. *Bauh pin.* 233.
β Galeopſis patula ſegetum, flore albo. *Tournef. inſt.* 185.

Habi-

Habitat *in arvis, agris requietis & apricis nudis ſabuloſis, præcedenti minus frequens.*

## LAMIUM.

493. LAMIUM foliis cordatis acuminatis ſerratis petiolatis. *Hort. cliff.* 314. *Roy. lugdb.* 319.
Lamium album. *Raj. hiſt.* 559.
Lamium album non fœtens, folio oblongo. *Bauh. pin.* 231.
Galeopſis. *Riv. mon.* 62. *Cam. epit.* 865.
*Suecis* Blindnaſla. *Smolandis* Pliſtor. *Weſtrogothis* Korsnåta.
Habitat *ad ſepes & in cultis.*
Uſus: *Cum urtica aliisque vere in oleribus coctis editur.*

494. LAMIUM foliis cordatis obtuſis petiolatis. *Hort. cliff.* 314. *Roy. lugdb.* 319.
Lamium rubrum. *Raj. hiſt.* 558.
Lamium purpureum foetidum, folio ſubrotundo ſeu Galeopſis Dioſcoridis. *Bauh. pin.* 230.
Urtica iners altera. *Dod. pempt.* 153.
Galeopſis minor. *Riv. mon.* 62.
Habitat *ubique in cultis.*

495. LAMIUM foliis floralibus ſeſſilibus amplexicaulibus obtuſis. *Hort. cliff.* 314. *Roy. lugdb.* 319.
Lamium, folio caulem ambiente, minus. *Bauh. pin.* 231.
Galeopſis, folio caulem ambiente, minor. *Riv. mon.* 63.
Morſus gallinæ, folio hederulæ, alterum. *Lob. ic.* 463.
Habitat *frequens in arvis, agris, hortis.*

## LEONURUS

496. LEONURUS foliis caulinis lanceolato-trilobis. *Hort. cliff.* 313. *Roy. lugdb.* 310.
Cardiaca. *Fuchſ. hiſt.* 395. *Lob. ic.* 516. *Riv. mon.* 122. *Til. ic.* 104.
Marrubium Cardiaca dictum. *Bauh. pin.* 230.
β Cardiaca flore albo. *Tournef. inſt.* 187.

*Uplandis & Oſtrogothis* Bonåſla.
Habitat *in ruderatis paſſim.*
Pharmac. CARDIACÆ *Herba*, *Aqua.*

497. LEONURUS foliis ovatis ſerratis acutis. *Hort. cliff.* 313. *Roy. lugdb.* 310. *Lech. ſcan.* 41.
Galeobdolon. *Dill. gen.* 103. *giſſ.* 49.
Lamium flore luteo. *Riv. mon.* 20.
Lamium, folio oblongo, luteum. *Bauh. pin.* 231.
Galeopſis ſ. urtica iners, flore luteo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 323. *Tournef. inſt.* 185.
Habitat *in* Scania *ad Simonstorp*, *Fogelſong*, *Reſten.* J. Leche.

## BRUNELLA.

498. BRUNELLA bracteis cordatis. *Hort. cliff.* 316. *Roy. lugdb.* 314.
Brunella major folio non diſſecto. *Bauh. pin.* 260.
Brunella. *Fuchſ. hiſt.* 621. *Dod. pempt.* 136. *Riv. mon.* 29.
Prunella flore minore vulgaris. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 428. *Fl. lapp.* 238.
Prunella. *Till. ic.* 135.
β Brunella cærulea, magno flore. *Bauh. pin.* 260.
Prunella 1. non vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 42.
Habitat *in paſcuis & pratis ſterilibus humentibusque frequens*, *at* β *rarior in* Uplandia, *frequentior in* Gotlandia.

## SCUTELLARIA.

499. SCUTELLARIA foliis cordato-lanceolatis crenatis. *Fl. lapp.* 239. *Hort. cliff.* 316. *Roy. lugdb.* 310.
Scutellaria. *Riv. mon.* 76.
Caſſida paluſtris vulgatior, flore cæruleo. *Tournef. inſt.* 182.
Tertionaria, aliis Lyſimachia galericulata. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 435.
Lyſimachia galericulata. *Dalech. hiſt.* 1060. *Frank. ſpec.* 19.
Habitat *ad ripas lacuum & fluviorum paſſim.*

500. SCUTELLARIA foliis integerrimis, inferioribus haſtatis, ſuperioribus ſagittatis. *Act. ſtock.* 1741. *p.* 197.

Scutellaria folio non ſerrato. *Riv. mon.* 77?

Caſſida folio non ſerrato. *Celſ. upſ.* 7.

Habitat *in* Gotlandia, *præſertim prope Gothem, Slite, öſtergarn, Kyllæi in paſcuis ſucculentis ad aquas littoris orientalis. ſimilem reperi prope* Upſaliam, *ſed altiore caule.*

Deſcr. Radix *repens.* Caulis *ſimpliciſſimus, vix digiti longitudine, tetragonus, internodiis ſeptem.* Spica *longitudine fere caulis, ſecunda, laxa, patens, cærulea.* Flores *ſolitarii ex ſingula ala foliorum (oppoſitorum, hinc bini).* Folia *haſtata vel ſagittata & auriculata ſimul ſunt, præſertim inferiora, quæ longioribus gaudent petiolis; ſuperiora autem ſubſeſſilia & ſagittata, minime vero auriculata; folia floralia ovato-lanceolata; omnia folia integerrima ſunt.* Corollæ *labium inferius flexuoſum, integerrimum. raro rami juxta terram prorumpunt.*

# *ANGIOSPERMIA.*

## ANTIRRHINUM.

501. ANTIRRHINUM foliis lanceolato-linearibus confertis, caule erecto, ſpicis terminatricibus ſeſſilibus, floribus imbricatis. *Roy. lugdb.* 297.

Antirrhinum foliis linearibus ſparſis. *Hort. cliff.* 324.

Linaria vulgaris lutea, flore majore. *Bauh. pin.* 212. *Tournef. inſt.* 170.

Linaria. *Till. ic.* 70.

Oſyris linaria ſive Urinaria. *Lob. ic.* 406.

Oſyris. *Fuchſ. hiſt.* 543. *Cam. epit.* 930.

*Smolandis* Flugblomſter.

Habitat *in muris & ad agrorum margines paſſim.*

Pharmac. LINARIÆ *Herba, Unguentum.*

Obſ. *Metamorphoſin hujus plantæ ſtupendam deſcriptam legas in diſſ. acad. de* PELORIA *habita Upſaliæ* 1744.

502. ANTIRRHINUM foliis lanceolatis obtuſis alternis, caule diffuſo ramoſiſſimo. *Hort. cliff.* 324. *Roy. lugdb.* 295.

Antirrhinum arvenſe minus. *Bauh. pin.* 212.

Antirrhinum tertium. *Cam. epit.* 922.

Linaria pumila vulgatior arvenſis. *Tournef. inſt.* 169.

Linaria arvenſis minima. *Riv. mon.* 84.

Habitat Upſaliæ *in monte arcis ſolo glareoſo. in* Scania *campeſtri.* J. Leche.

## RHINANTHUS.

503. RHINANTHUS corollarum labio ſuperiore breviore. *Fl. lapp.* 248. *Hort. cliff.* 325. *Roy. lugdb.* 298.

Criſta galli fœmina. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 436.

Criſta galli pratenſis humilior, coma fuſca. *Rupp. jen.* 194.

Pedicularis pratenſis lutea ſive Criſta galli. *Bauh. pin.* 163. *Tournef. inſt.* 172.

Alectorolophus calycibus glabris, foliis inter flores latioribus. *Hall. helv.* 624.

β Criſta galli mas. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 436.

Criſta galli major & elatior, calyce floris hirſuto, rictus limbo violaceo. *Rupp. jen.* 1. *p.* 23.

Criſta galli. *Till. pi.* 130.

Pedicularis pratenſis lutea erectior, calyce floris hirſuto. *Tournef. inſt.* 172.

Pedicularis calycibus hirſutis, foliis inter flores latioribus. *Hall. helv.* 624.

*Suecis* Skallergräs. *Gotlandis* Penninge-gräs. *Smolandis* Skaller.

Habitat α *ubique in pratis ſiccioribus*, β *in pratis humentibus & agris ſubhumidis.*

Obſ. *Semina e planta β projecta in pratum ſiccum, proximo anno reddunt plantam α. hinc non opus fuiſſet duos ſpecies conſtituere, uti nec hanc α. β genere ab* Elephante

te *Tournefortii ſeparare, cum facies eadem, notæ plurimæ ſimiles, licet non omnes, uti in aliis generibus.*

Uſus: *Capſulæ maturæ arida ſemina quatiunt, meſſorique fœniſecii tempus indicant.*

## PEDICULARIS.

504. PEDICULARIS caule ramoſo, floribus ſolitariis, calycibus quinquefidis crenatis.
Pedicularis caule ramoſo procumbente, floribus ſparſis obtuſis. *Hall. helv.* 622.
Pedicularis caule ramoſo, floribus ſolitariis remotis. *Fl. lapp.* 241. *Hort. cliff.* 326.
Pedicularis minor. *Riv. mon.* 91. *Dill. app.* 40.
Pedicularis pratenſis purpurea. *Bauh. pin.* 163.
Alectorolophi 3. genus alterum. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 211.
Fiſtularia. *Dod. pempt.* 556.
Habitat *in pratis humidis* Smolandiæ, Lapponiæ.

505. PEDICULARIS caule ramoſo erecto, calycibus bifidis crenatis. *Hall. helv.* 621.
Pedicularis campeſtris prior ſpecies. *Trag. hiſt.* 249.
Pedicularis danica maxima. *Lob. illuſtr.* 147.
Pedicularis purpurea aquatica erecta & procera. *Mart. burſ.* 504.
Pedicularis pratenſis rubra elatior. *Raj. hiſt.* 700.
Pedicularis. *Riv. mon.* 91.
Pedicularis paluſtris alba elatior. *Tournef. inſt.* 173.
*Weſmannis* Liewarg.
Habitat *in pratis paludoſis ubique.*

506. PEDICULARIS caule ſimplici, floribus verticillatis, corollis clauſis, calycibus crenatis, capſulis regularibus.
Pedicularis alpina, folio ceterach. *Helv. flor.* 39. *t.* 39.
Sceptrum carolinum. *Rud. it.* 1. *t.* 1. *Rudb. diſp. t.* 1. *Fl. lapp.* 243. *t.* 4. *f.* 4. *Hort. cliff.* 326.
Alectorolophus lapponica lutea, digitalis flore. *Pet. hort.* 241.
Habitat *in deſertis humidis humoſis ſpongioſis umbroſis*

 Lap-

Lapponiæ, Dalekarliæ, *præſertim* Oſtrobothniæ *inter Kemi & Uloam; prope* Upſaliam.

Obſ. *Cum ex facie, fructificatione, & omnibus attributis debeat hoc genus ingredi, non licuit diverſum genus conſtituere.*

507. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis lanceolatis ſemipinnatis ſerratis acutis. *Fl. lapp.* 242. *t.* 4. *f.* 1. *Hort. cliff.* 326.

Habitat *in jugis alpinis* Lapponiæ & Dalekarliæ *frequens.*

Obſ. Non eſt Pedicularis 1. Hall. helv. 620. a qua differt 1. *quod minor.* 2. *quod folia plura in caule.* 3. *quod flores minores.* 4. *quod folia radicalia ſimillima caulinis.* 5. *quod foliorum pinnæ non ſubdiviſæ, ſed modo ſerratæ.* 6. *quod calyces minimi, ſerrati, ſed margine (exceptis* 3. *f.* 4. *dentibus) integerrimi.* 7. *quod caules glabri, nec hirſuti, ſint.*

508. PEDICULARIS caule ſimplici, calycibus villoſis, foliis linearibus dentatis crenatis. *Fl. lapp.* 245. *t.* 4. *f.* 3.

Habitat *in ſummis jugis alpium* Lapponicarum Lulenſium, & Dalekarlicarum *paſſim.*

Obſ. *Calyces nec in hac ſerrati ſunt.*

509. PEDICULARIS caule ſimplici, foliis ſemipinnatis obtuſis, laciniis imbricatis crenatis. *Fl. lapp.* 244. *t.* 4. *f.* 2.

Pedicularis caule erecto non ramoſo, pinnis foliorum retroverſis imbricatis. *Hall. helv.* 622.

Habitat *in ſummis jugis alpium* Lulenſium.

Obſ. *Calyces in hac minime ſerrati ſunt.*

## MELAMPYRUM.

510. MELAMPYRUM ſpicis quadrangularibus compactis obtuſis ciliatis.

Melampyrum criſtatum. *Raj. hiſt.* 775. *Riv. mon.* 81.

Melampyrum criſtatum, flore albo & purpureo. *Baub. hiſt.* 3. *p.* 440.

Me-

Melampyrum anguſtifolium criſtatum, ſpica quadrata, floribus ex luteo palleſcentibus, noſtras. *Pluk. alm.* 249. *t.* 99. *f.* 2.
Melampyrum luteum anguſtifolium. *Baub. pin.* 234.
Habitat *frequens in pratis aſperis, ſterilibus, ſiccioribus.*

511. MELAMPYRUM ſpicis conicis laxis laceris. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 197.
Melampyrum foliis laciniatis laxe ſpicatis. *Roy. lugdb.* 298.
Melampyrum arvenſe. *Riv. mon.* 79.
Melampyrum purpuraſcente coma. *Baub. pin.* 234.
Parietaria ſylveſtris. 3. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 44.
Triticum vaccinum. *Dod. pempt.* 541.
*Gotlandis* Pukhwete.
Habitat *in agris* Oelandiæ, Gotlandiæ & Scaniæ *campeſtris inter ſegetes frequens.*

512. MELAMPYRUM foliis floralibus cordato-lanceolatis ſummis coloratis, calycibus lanatis.
Melampyrum ſylvaticum. *Riv. mon.* 80.
Melampyrum cærulea coma. *Baub. pin.* 234.
Melampyrum luteum, coma cærulea. *Barr. ic.* 769.
Parietaria ſylveſtris 1. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 44.
*Suecis* Natt och Dag.
Habitat *in pratis ſucculentis umbroſis nemoribus & lucis frequens.*

513. MELAMPYRUM florum conjugationibus remotis, corollis clauſis.
Melampyrum foliis lanceolatis, florum paribus remotis. *Fl. lapp.* 240.
Melampyrum luteum latifolium. *Baub. pin.* 243. *Celſ. upſ.* 32.
Melampyrum latifolium flore albo; labio inferiore duabus maculis diſtincto. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 286.
*Suecis* Kohwete. *Lyckſelenſibus* Kowall.
Habitat *ubique in pratis.*

514. MELAMPYRUM corollis hiantibus.
Melampyrum latifolium, floribus parvis luteis. *Celſ. upſ.* 32.
Melampyrum floribus ſparſis ſeſſilibus binatis, foliis omnibus indiviſis. *Hall. helv.* 627.
Stæhelina flore parvo. *Hall. comm. norib.* 1735. *p.* 92.
Habitat *in ſylvis, præſertim* Uplandiæ, *frequens.*
Obſ. *Hanc primus obſervavi* 1729. *pro varietate præcedentis habui in Flora Lapponica; nec adhuc aliter ſentirem, ni auctoritas amiciſſ. Halleri repugnaret. Inquirant alii, numne omnes tres ultimæ ſpecies ſint varietates unius ejusdemque ſpeciei.*

## BARTSIA.

515. BARTSIA foliis oppoſitis cordatis obtuſe ſerratis. *Hort. cliff.* 325. *Roy. lugdb.* 298.
Stæhelina. *Hall. helv.* 624.
Euphraſia caule ſimplici, foliis cordatis ſeſſilibus obtuſe ſerratis. *Fl. lapp.* 246.
Pedicularis alpina teucrii folio, atrorubente coma. *Tournef. inſt.* 172.
Clinopodium alpinum hirſutum. *Baub. pin.* 225. *Pluk. phyt.* 163. *f.* 5.
Clinopodium alpinum. *Pon. bald.* 343.
Teucrium alpinum, coma cærulea. *Baub. pin.* 247.
Habitat *in alpibus* Dalekarlicis & Lapponicis, *inque adjacentibus provinciis ad ripas fluviorum, locis apricis duris.*
Obſ. *Dixi plantam* Pluk. phyt. 102. f. 5. Bartſiam *anno* 1737; *dein & hanc plantam idem abſolute genus agnoſcere didici. placuit dein amiciſſimo* HALLERO *ex hac planta novum genus conſtituere ſub Stæhelinæ nomine. Ne itaque ingratus eſſem in acutiſſimum Botanicum D.* Stæhelinum, *novum genus nomine* Stæhelinæ *inſignivi, quod comprehendit Santolinam* 6. *Hort. cliff.* 398. & *plantam Pluk. phyt.* 302. *f.* 3. *delineatam.*
Bartſiam *dixi a* Johanne BARTSCHIO, *Regiomontano,*

*no, Medicinæ Doctore, Juvene pulcherrimo, candidiſſimo & certe doctiſſimo ac nationis ſuæ ornamento. Contracta cum viro intima amicitia in Belgio, eum inexſtinguibili plantarum Inſectorumque ardore infeci, adeo ut in rimandis minutiſſimis plantarum partibus iisdemque acutiſſime deſcribendis paucos ſuperiores habuerit. Vacuo munere Medici ordinarii Societatis Belgiæ Indiæ Occidentalis, Surinamæ me elegit Divus* Boerhaavius; *cum autem recuſarem torridas inhabitare zonas ſub arctoo ipſe natus & educatus, mihi conceſſit Beatus Vir ad hoc munus vocare quemcunque vellem; arriſit hoc integerrimo amico* Bartſchio, *plantarum ſola cauſſa, commendatur apud Boerhaavium, recipitur, & Surinamas petit; ubi neſcio quo Gubernatoris Surinamæ odio & malitia, nunquam ipſi læta conceſſa hora, hinc tædio, invidia, pauperie, æſtu, poſt dimidium annum obiit, meliori fato, ſi quis alius, digniſſimus Vir. Qualis fuit hic vir docet* diſſertatio de calore, *docebunt litteræ ad me Surinama miſſæ, plenæ plantarum obſervationibus curioſiſſimis.*

## EUPHRASIA.

516. EUPHRASIA foliis ovatis acute dentatis. *Fl. lapp.* 247. *Hort. cliff.* 325. *Roy. lugdb.* 299. *Hall. helv.* 628.
Euphraſia officinarum. *Bauh. pin.* 233.
Eufraſia. *Dod. pempt.* 54.
Euphraſia. *Fuchſ. hiſt.* 246. *Riv. mon.* 132. *Frank. ſpec.* 13. *Till. ab.* 27. *ic.* 25.
Euphragia. *Cam. epit.* 767.
β Euphraſia minor. *Dill. app.* 53.
*Suecis* Ögontröſt.
Habitat *in paſcuis ſterilibus ubique.*
Pharmac. EUPHRASIÆ *Herba, Conſerva, Aqua, Spiritus.*
Obſ. *Antheræ inferiores lobo inferiore antrorſum terminantur in ſpinam, filamentum ad latus flectentem.*

517. EUPHRASIA foliis lanceolatis ſerratis. *Hort. cliff.* 326. *Roy. lugdb.* 299. Eu-

Euphraſia pratenſis rubra. *Baub. pin.* 234.
Euphraſia altera. *Dod. pempt.* 55.
Odontites. *Riv. mon.* 89. *Dill. gen.* 117. *Rupp. jen.* 194.
Pedicularis ſerotina, purpuraſcente flore. *Tournef. inſt.* 172.
Habitat *in arvis* Uplandiæ, Bahuſiæ, Scaniæ & *alibi non ubique.*

## LATHRÆA.

518. LATHRÆA caule ſimpliciſſimo, corollis nutantibus, labio inferiore trifido.
Squamaria. *Riv. mon.* 89.
Anblatum flore e rubro candicante. *Tournef. cor.* 48.
Anblatum. *Cord. hiſt.* 89.
Dentaria crocodylia. *Tabern. hiſt.* 1231.
Orobanche radice dentata major. *Baub. pin.* 88. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 230. *f.* 7.
Orobanche radice ſquamata, foliis rotundis, flore pendente & ſuaverubente Funboënſis. *Rudb. elyſ.* 2. *p.* 234. *f.* 17. *bona.*
Habitat *in umbroſis deſertis graminoſis & ad radices montium rarius, uti* Upſaliæ *ad montes Gotſundenſes, in Paroecia* Funbo, *ad Fodinas* Dannemorenſes & *alibi.*
Obſ. *Vidi glandulam nectariferam ſub germine, ut in Clandeſtina, licet corollæ galea minime ſit concava, proin Squamaria & Lathræa genere conjungi debent, forte & Phelypæa, in qua glandulam quærant, quibus ad manus eſt.*

## OROBANCHE.

519. OROBANCHE caule ſimpliciſſimo. *Hort. cliff.* 321. *Roy. lugdb.* 299. *Lech. ſcan.* 44.
Orobanche major, garyophyllum olens. *Baub. pin.* 88.
Orobanche 1. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 270.
Limodoron ſive Orobanche. *Dod. pempt.* 552.
Habitat *in* Scania *ad Råå, dimidio milliari Helſingburgo inter frutices.* J. Leche.

SCRO-

## SCROPHULARIA.

520. SCROPHULARIA foliis cordatis, racemo terminatrice. *Hort. cliff.* 322. *Roy. lugdb.* 293.
Scrophularia nodoſa fœtida. *Bauh. pin.* 235.
Scrophularia *Cam. epit.* 866. *Dod. pempt.* 50. *Riv. mon.* 106.
*Suecis* Flenårt.
Habitat *locis ruderatis ad ſepes, pagos, vias locis fœcundis.*
Pharmac. SCROPHULARIÆ *Radix.*

## LIMOSELLA.

521. LIMOSELLA. *Fl. lapp.* 249. *Hall. helv.* 629.
Limoſella annua. *Lind. alſat.* 156. *t.* 5.
Menyanthoides vulgaris. *Vaill. pariſ.* 126.
Plantaginella. *Dill. gen.* 113. *Buxb. act.* 3. *p.* 271.
Plantaginella paluſtris. *Bauh. pin.* 190. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 605. *ſ.* 15. *t.* 2. *f.* 1.
Plantago aquatica minima. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 110. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 45.
Spergula perpuſilla, lanceolatis foliis. *Loeſ. pruſſ.* 261. *t.* 81.
Alſine paluſtris repens, foliis lanceolatis, floribus albis perexiguis. *Pluk. alm.* 20. *t.* 74. *f.* 4.
Alſine paluſtris exigua, foliis lanceolatis plantaginellæ aquaticæ inſtar, floſculis albis vix conſpicuis. *Mentz pug.* 2. *t.* 7. *f.* 6.
Ranunculus paluſtris minimus, plantaginis folio. *Herm. lugdb.* 517.
Habitat *paſſim ad ripas fluviorum ſolo ſabuloſo.*

## LINNÆA.

522. LINNÆA floribus geminatis. *Fl. lapp.* 250. *t.* 12. *f.* 4. *Hort. cliff.* 320. *Roy. lugdb.* 236. *Hall. helv.* 608.
Serpyllifolia. *Buxb. act.* 2. *p.* 346. *t.* 21.
Obolaria. *Sieg. prim.* 79.
Valerianella nemoroſa repens, foliis vitis ideæ minoribus, flore ſubrubente, ſemine umbilicato oblongo. *Amm. rhut.* 19.

Num-

Nummularia Norwegica repens, folio dentato, floribus geminis. *Pet. muſ.* 787.

Nummularia Norwegica, flore purpureo. *Kyll. act.* 2. *p.* 346. *f. C.*

Nummularia major rigidioribus & rarius crenatis foliis, flore purpureo gemello. *Pluk. alm.* 264.

Campanula ſerpyllifolia. *Bauh. prodr.* 35. *f.* 35. *pin.* 93. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 816. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 456. *ſ.* 5. *t.* 2. *f.* 19. *Wagn. helv.* 273. *Raj. hiſt.* 471. *extr.* 81. *Tournef. inſt.* 112. *Scheuch. alp.* 131. 454. *Rudb. lapp.* 96. *t.* 1. *Celſ. upſ.* 14.

*Suetice* Linnæi-ört. *Angermannis* Windgrås. *Oſtrobothnienſibus* Benwårcksgrås.

Habitat *in ſylvis antiquiſſimis muſcoſis denſiſſimisque paſſim*; Stockholmiæ *ad Brahælund*; *in* Smolandia, Scania *ſylveſtri*, Gotlandia, Nericia, Dalekarlia, Uplandia *& tota* Norlandia *vulgatiſſima.*

Uſus: *Foliorum infuſum loco Theæ cum lacte ſpecificum eſt in doloribus arthriticis & rheumaticis. Oſtrobothnienſes cataplaſma ſive fotu in ovibus dolores pedum curant.*

## *Claſſis XV.*

# TETRADYNAMIA

# *SILICULOSA.*

## DRABA.

523. DRABA caulibus nudis, foliis inciſis. *Hort. cliff.* 333. *Roy. lugdb.* 333. *Hall. helv.* 538.

Draba vulgaris caule nudo, polygoni folio hirſuto. *Dill. gen.* 122. *giſſ.* 40.

Alyſſon vulgare, polygoni folio, caule nudo. *Tournef. inſt.* 217.

Burſa paſtoris minor, loculo oblongo. *Bauh. pin.* 108.

Paronychia vulgaris. *Dod. pempt.* 112. *Till. ab.* 153.

Pilo-

Piloſella minor. *Thal. herc.* 84. *t.* 7. *f. E.*
Alſine minima. *Tabern. ic.* 708.
*Smolandis* Rågblomma.
Habitat *ubique in ſterilibus exaridis primo vere.*
Obſ. *Petala in hac bipartita ſunt ut in alſine, non vero in ſequentibus ſpeciebus.*

524. DRABA ſcapo nudo ſimplici, foliis lanceolatis integerrimis. *Fl. lapp.* 255. *Hort. cliff.* 333. *Roy. lugdb.* 333.
Alyſſum alpinum hirſutum luteum. *Tournef. inſt.* 217. *Scheuch. alp.* 209. *t.* 12. *f.* 8.
Leucojum luteum aizoides montanum. *Col. ecphr.* 2. *p.* 64.
Sedum alpinum hirſutum luteum. *Bauh. pin.* 284.
Burſa paſtoris alpina roſea lutea, folio craſſiuſculo ſedi vermiculati more, ſed hirſuto, loculo oblongo itidem hirſuto. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 306. *ſ.* 3. *t.* 20. *f.* 9.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *paſſim.*

525. DRABA caule ramoſo, foliis cordatis amplexicaulibus dentatis. *Roy. lugdb.* 333. *Hall. helv.* 539.
Draba foliis cordatis amplexicaulibus crenatis caulinis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 199.
Draba minima muralis diſcoides. *Col. ecphr.* 1. *p.* 274. *t.* 272.
Alyſſon veronicæ folio. *Tournef. inſt.* 217.
Burſa paſtoris major, loculo oblongo. *Bauh. pin.* 108. *prodr.* 50.
Burſæ paſtoris ſublongo loculo affinis pulchra planta. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 938.
Habitat *in nemoribus* Gotlandiæ *ad templum Fleringe.*
Obſ. *Planta annua, pedunculi proprii horizontales, ſiliculæ fere obliquæ.*

526. DRABA foliis caulinis numeroſis incanis, ſiliculis obliquis.
Draba caule ramoſo folioſo, foliis dentatis. *Fl. lapp.* 254. *Hort. cliff.* 334.

Draba-

Draba alpina hirſuta. *Celſ. upſ.* 19.
Lunaria contorta major. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 291.
Lunaria ſiliqua oblonga intorta. *Tourneſ. inſt.* 219.
Leucojum ſeu Lunaria vaſculo oblongo intorto. *Pluk. alm.* 215. *t.* 42. *f.* 1.

β Paronychiæ ſimilis ſed major perennis alpina repens. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 292.

Habitat Upſaliæ *in monticulis & aridis, præſertim Upſaliæ antiquæ, nec non in* Alpibus, *ubi* β *frequentior planta.*

Obſ. *Planta biennis, folia radicalia in roſam digeſta, ſiliculæ obliquæ, incanæ.*

## SUBULARIA.

527. SUBULARIA. *Fl. lapp.* 253.
Subularia erecta, junci foliis acutis mollibus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 307.
Subularia lacuſtris ſive Calamiſtum herba aquatico-alpina. *Raj. ſyn.* 1. *p.* 210. *t.* 210.
Juncifolia ſub aquis naſcens, cochleariæ capſulis. *Raj. ſyn.* 2. 281.
Alyſſum paluſtre, folio junci. *Buxb. act.* 2. *p.* 369. *t.* 23. *f.* 1.
Graminifolia aquatica, thlaſpeos capitulis rotundis, ſepto medio ſiliculam dirimente. *Pluk. alm.* 180. *t.* 188. *f.* 5.

Habitat *ubique in lacubus ſub aqua ſolo glareoſo & arenoſo.*

Obſ. *Subulariæ petala fere integra; ſilicula omnino bilocularis, apice non emarginata; compreſſa diſſepimento valvis non parallelo ut in Draba, ſed contrario ut in Thlaſpi. Stylus nullus, adeoque capſula differt a Draba. Subulariæ dictæ fuere plures aquaticæ plantæ obſcuræ, hodie in tria genera Calamarias, Subularias & Alyſſa diviſæ; Ego huic plantæ nomen genericum Subulariæ relinquo, uti prius perfecte deſcriptæ; de Subularia Dillenii res adhuc obſcura, quamdiu flos non perfecte deſcriptus; &* Calamaria *Dillenii forte Pilulariæ ſpecies erit. Potius huic plantæ diſtinctum genus relinquo, quam*

*quam Alyſſis ſocio, cum ſtamina minora denticulo careant, nec ſiliculæ diſſepimentum valvis parallelum ſit, ſed certe oppoſitum; & proinde nec Drabæ generis.*

## ALYSSUM.

528. ALYSSUM caule erecto, foliis lanceolatis incanis integerrimis, floribus corymboſis. *Hort. cliff.* 332.
Alyſſon fruticoſum incanum. *Tournef. inſt.* 217.
Thlaſpi fruticoſum incanum. *Bauh. pin.* 108.
Thlaſpi incanum machlinienſe. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 132.
Draba fruticoſa incana. *Dill. app.* 17.
Habitat *in* Scania *campeſtri inter Lundinum & Malmogiam.*
Obſ. *Nectaria intra ungues ſtaminum breviorum hanc plantam Alyſſi ſpeciem eſſe aperte docent, licet facies parum recedat.*

## LUNARIA.

529. LUNARIA foliis cordatis. *Hort. cliff.* 333. *Roy. lugdb.* 332.
Lunaria major, ſiliqua longiore. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 882. *Tournef. inſt.* 213.
Viola lunaria major, ſiliqua oblonga. *Bauh. pin.* 203.
Viola latifolia, Lunaria odorata. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 297.
Bulbonac radice rediviva, flore cinereo. *Rupp. jen.* 70.
Habitat *in monticulo nemoroſo in itinere inter* Lundinum & Chriſtianopolin Scaniæ, *interque diverſoria* Horva & Hörby *ſeptentrionem petenti a ſiniſtra juxta viam publicam, item ad* öfwidskloſter, Krageholm, *alibi.*

## THLASPI.

530. THLASPI ſiliculis orbiculatis, foliis oblongis dentatis glabris. *Fl. lapp.* 237. *Hort. cliff.* 330. *Roy. lugdb.* 333.
Thlaſpi arvenſe, ſiliquis latis. *Bauh. pin.* 105.
Thlaſpi latius. *Dod. pempt.* 712.
*Suecis* Penningegras.

Habitat *ubique in agris inter ſegetes.*
Pharmac. THLASPEOS *ſemina.*

531. THLASPI ſiliculis ſubrotundis, foliis ſagittatis dentatis incanis. *Hort. cliff.* 330. *Roy. lugdb.* 333. *Hall. helv.* 544.
Thlaſpi arvenſe, vaccariæ incano folio, majus. *Bauh. pin.* 106.
Thlaſpi latifolium. *Fuchſ. hiſt.* 306.
*Uplandis* Konung Salomons Ljusſtake.
Habitat *locis argilloſis campeſtribus juxta vias agrorumque margines, copioſe in* Uplandia, Oſtrogothia, Scania, *aliisque.*

532. THLASPI ſiliculis verticaliter cordatis. *Fl. lapp.* 252. *Hort. cliff.* 330. *Roy. lugdb.* 334. *Hall. helv.* 545.
Thlaſpi ſativum, Burſa paſtoris dictum. *Raj. hiſt.* 838.
Burſa paſtoris major, folio ſinuato. *Bauh. pin.* 108. *Tournef. inſt.* 216.
Burſa paſtoria. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 936. *Fuchſ. hiſt.* 611. *Dod. pempt.* 103.
β Burſa paſtoris media. *Bauh. pin.* 108.
Burſa paſtoris minor, foliis inciſis. *Lind. wiksb.* 6.
γ Burſa paſtoris minor, foliis integris. *Celſ. upſ.* 13.
Habitat *ubique in agris, cultis, ruderatis, viis.*
Pharmac. BURSÆ PASTORIS *Herba, Aqua.*

## LEPIDIUM.

533. LEPIDIUM foliis ovato-lanceolatis integris ſerratis. *Hort. cliff.* 330.
Lepidium latifolium. *Bauh. pin.* 97. *Tournef. inſt.* 210.
Lepidium plinii. *Dod. pempt.* 716.
*Bibliis* Bitter Salſo.
Habitat *copioſe circum mœnia Landskronæ in* Scania. J. Leche.

534. LEPIDIUM floribus apetalis diandris.
Lepidium foliis radicalibus dentato-pinnatis, ramiferis linearibus integerrimis. *Hort. cliff.* 331.

Na-

Naſturtium ſylveſtre, oſyridis folio. *Baub. pin.* 105. capſulis minimis. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 301. *ſ.* 3. *t.* 19. *f.* 7.

Naſturtium anguſtifolium. *Fuchſ. hiſt.* 307. *Dalech. hiſt.* 1181.

Naſturtium ſylveſtre J. Bauhini. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 914.

Habitat Upſaliæ, Stockholmiæ & *in* Bahuſia *frequens ſolo glareoſo & arenoſo, inque ruderatis.*

535. LEPIDIUM foliis pinnatis integerrimis, petalis calyce minoribus. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 198.

Lepidium foliis pinnatis, pinnis lanceolatis. *Hall. helv.* 541.

Naſturtiolum montanum annuum tenuiſſime diviſum. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 304.

Naſturtium pumilum vernum. *Baub. pin.* 105.

Cardamine puſilla ſaxatilis montana diſcoides. *Col. ecphr.* 1. *p.* 274. *t.* 273. *bona.*

Habitat *in* Oelandia *campeſtri inter lapidum acervos, inque* Gotlandia *paſſim.*

## IBERIS.

536. IBERIS foliis ſinuatis, caule nudo ſimplici. *Hort. cliff.* 328. *Roy. lugdb.* 336. *it. oel. jun.* 18.

Iberis petræa, foliis burſæ paſtoris. *Dill. gen.* 123. *giſſ.* 80.

Burſa paſtoris minor, foliis inciſis. *Baub. pin.* 108.

Burſa paſtoris minor. *Dod. pempt.* 103.

Naſturtium minimum vernum, foliis tantum circa radicem. *Magn. monſp.* 187. *t.* 187.

Naſturtium petræum. *Tabern. ic.* 451.

Habitat *in* Scania *campeſtri ſæpe in glarea mobili; nec non in* Oelandia, *paroecia Boda, pago Grankulla intra arenæ montes inter arbores.*

## COCHLEARIA.

537. COCHLEARIA foliis radicalibus ſubrotundis, caulinis oblongis ſinuatis. *Fl. lapp.* 256. *Hort. cliff.* 332. *Roy. lugdb.* 335. *Act. ſtockh.* 1743. *p.* 108.

 Cochle-

Cochlearia folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 110.
Cochlearia. *Dod. pempt.* 594. *Dalech. hiſt.* 1320.
Habitat *in littoribus marinis Oceani ſeptentrionalis. P. Kalm.*
Pharmac. Cochleariæ *Herba, Conſerva, Syrupus, Aqua, Spiritus triplex, Oleum, Semina.*
Uſus: *Inter medicamenta antiſcorbutica primaria.*

538. COCHLEARIA foliis haſtatis angulatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 197.
Cochlearia aremorica. *Tournef. inſt.* 215.
Thlaſpi hederaceum. *Lob. ic.* 615.
β Cochlearia danica procumbens. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 309.
Cochlearia danica repens. *Bauh. pin.* 110. *prodr.* 53.
Cochlearia danica altera repens *Paull. flor.* 207. *t.* 58.
γ Cochlearia danica minor erecta. *Paull. flor.* 206. *t.* 57.
Cochlearia minor erecta. *Bauh. pin.* 110. *prodr.* 53.
Habitat *ad littora maris paſſim.*

539. COCHLEARIA foliis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 331. *Roy. lugdb.* 335.
Coronopus ruelli ſ. Naſturtium racemoſum. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 919.
Cornu cervi alterum genus. *Dod. pempt.* 110.
Ambroſia campeſtris repens. *Bauh. pin.* 138.
Pſeudo-Ambroſia. *Cam. epit.* 596.
Naſturtium ſylveſtre, capſulis criſtatis. *Tournef. inſt.* 214.
Habitat *paſſim in viis, areis, campis, ſolo pingui, aprico.*

540. COCHLEARIA foliis radicalibus lanceolatis crenatis, caulinis inciſis. *Hort. cliff.* 332.
Cochlearia folio cubitali. *Tournef. inſt.* 215.
Armoracia rivini. *Rupp. jen.* 67.
Raphanus ruſticanus. *Bauh. pin.* 96.
*Suecis* Peppar-rot.
Habitat Lundini *in agris & ad piſcinas.*
Pharmac. Armoraciæ *Radix.*

MYA-

## MYAGRUM.

541. MYAGRUM ſiliculis obverſe ovatis pedunculatis. *Hort. cliff.* 328.
Myagrum ſylveſtre. *Bauh. pin.* 109.
Myagrum. *Till. ab.* 46. *ic.* 107.
Alyſſon ſegetum, foliis auriculatis acutis. *Tournef. inſt.* 217.
Camelina ſive myagrion. *Dod. pempt.* 532.
*Smolandis* Bőre. *Gotlandis* Will-lin. *Helſingis* Lindodder. *Uplandis* Dodra.
Habitat *in agris inter Linum ſæpe copioſe.*
Uſus: *Linicolis infeſta planta. Seritur in Germania pro oleo expreſſo, in medicamentis, culina, œconomia, utili.*
Obſ. *Capſula ſive ſilicula utrinque ventricoſa eſt, ſed plerumque in noſtra utrinque intropreſſa cavitate notata, quam cavitatem tamen cultura deponit, uti exotica.*

542. MYAGRUM ſiliculis globoſis compreſſis rugoſis. *Hort. cliff.* 328. *Roy. lugdb.* 330. *Hall. helv.* 536.
Myagrum monoſpermum hirſutum, ſiliquis rotundis. *Loeſ. pruſſ.* 174. *t.* 56.
Myagro ſimilis, ſiliqua rotunda. *Bauh. pin.* 109. *prodr.* 52. *t.* 52.
Rapiſtrum arvenſe, folio auriculato acuto. *Tournef. inſt.* 211.
Habitat *in agris* Stockholmiæ.
Obſ. *Capſula bilocularis eſt.*

# *SILIQUOSA.*

## ISATIS.

543. ISATIS foliis radicalibus crenatis, caulinis integerrimis pone acutis, ſiliculis oblongis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 199.
Iſatis ſylveſtris & anguſtifolia. *Bauh. pin.* 113.
Iſatis. *Hort. cliff.* 341.
Iſatis ſylveſtris. *Fuchſ. hiſt.* 330.
Iſatis ſive Glaſtum. *Till. ab.* 36. *ic.* 91. *it. Oeland. jun.* 18.

 Tin-

*Tinctoribus* Weide.

Habitat *ad littora maris paſſim, præſertim in inſula Klaſen ad Kyllæi* Gotlandiæ.

Uſus: *Ex hac colore cæruleo veſtimenta lanata imbuuntur.*

## TURRITIS.

544. TURRITIS foliis radicalibus dentatis hiſpidis, caulinis integerrimis amplexicaulibus glabris. *Hort. cliff.* 339. *Roy. lugdb.* 339. *Hall. helv.* 560.

Turritis foliis inferioribus cichoraceis, cæteris perfoliatæ. *Tournef. inſt.* 224.

Braſſica ſylveſtris, foliis circa radicem cichoraceis. *Bauh. pin.* 112.

Habitat *paſſim in pratis, locis aridis ſabuloſis.*

Obſ. *Variat interdum monſtroſa ex aphidibus, ubi flores in capitulum ovatum colliguntur, virides omnibus partibus, perſiſtentibus nec deciduis calyce, corolla, ſtaminibus aut piſtillis.*

545. TURRITIS foliis omnibus dentatis hiſpidis, caulinis amplexicaulibus. *Hort. cliff.* 339. *Roy. lugdb.* 339.

Turritis hirſuta montana, flore albo. *Rupp. jen.* 62.

Turritis vulgaris minor. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 294.

Eryſimo ſimilis hirſuta non laciniata alba. *Bauh. pin.* 101. *prodr.* 42. *t.* 42.

Habitat *in pratis ſylvaticis paſſim.*

## BRASSICA.

546. BRASSICA radice cauleque tenui, foliis caulinis uniformibus cordatis ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 339. *Roy. lugdb.* 344.

Braſſica campeſtris perfoliata, flore luteo. *Loeſ. pruſſ.* 29. *Fl. lapp.* 265.

*Smolandis* Åkerkåhl.

Habitat *ubique inter ſegetes* Smolandiæ.

Obſ. *Corolla huic ſemper lutea, nec unquam alba nobis viſa.*

547.

547. BRASSICA radice cauleſcente fuſiformi. *Hort. cliff.* 339. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 200. *Roy. lugdb.* 344.
Napus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 95. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 843.
Napus. *Dod. pempt.* 674.
*Suecis* Gotlands Rofva. *Gotlandis* Åkerrofva. *Roſlagis* Spill-rofva.
Habitat *in* Gotlandiæ *maritimis orientalibus agris, præſertim paroeciæ Burs & När. in* Roſlagia *ad templum Börſtel.*
Pharmac. NAPI *Semina.*

## SINAPIS.

548. SINAPIS ſiliquis multangulis toroſo-turgidis roſtro proprio longioribus. *Hort. cliff.* 338. *Roy. lugdb.* 343. *Hall. helv.* 554.
Sinapi arvenſe præcox, ſemine nigro. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 216. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 7.
Rapiſtrum flore luteo. *Bauh. pin.* 95.
Rapiſtrum. *Dod. pempt.* 675.
Irion. *Fuchſ. hiſt.* 257.
*Suecis* Åkerſenap. *Oelandis* Åkerkåhl. *Bahuſiis* Præſtekåhl. *Uplandis* Gul-ört. *Weſtrogothis* Swinkåhl.
Habitat *copioſiſſime in agris* Oelandiæ, Gotlandiæ, Scaniæ, Uplandiæ *& aliis quibusdam provinciis, cum Hordeo.*
Uſus: *Planta agricolis moleſta.*

549. SINAPIS ſiliquis glabris tetragonis. *Hort. cliff.* 338. *Lech. ſcan.* 51.
Sinapi rapi folio. *Bauh. pin.* 99.
*Suecis* Senap. *Weſtrogothis* Simp.
Habitat *in agris* Gotlandiæ, *in aggeribus & juxta vias publicas* Scaniæ.
Pharmac. SINAPIS *Semina, Oleum.*

## SISYMBRIUM.

550. SISYMBRIUM foliis ſimplicibus dentatis ſerratis. *Hort. cliff.* 336. *Roy. lugdb.* 341. *Hall. helv.* 548.

Siſymbrium aquaticum, raphani folio, ſiliqua breviore. *Tournef. inſt.* 226.
Radicula paluſtris. *Dill. gen* 122. *giſſ.* 80.
Raphanus aquaticus, rapiſtri folio. *Baub. pin.* 97.
Raphanus aquaticus alter. *Baub. prodr.* 38. *t.* 38.
Habitat *in paludoſis paſſim.*
Obſ. *In lacubus inter arundines & ſcirpos ad inſulam Liljeholmen Upſaliæ folia ſupra aquam ſimplicia, ſerrata; infra aquam profunde pinnatifida, pinnis linearibus integerrimis diſtantibus.*

551. SISYMBRIUM foliis pinnatifidis ſerratis.
Siſymbrium foliis infimis capillaceis, ſummis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 337.
Siſymbrium aquaticum, foliis in profundas lacinias diviſis, ſiliqua breviore. *Tournef. inſt.* 236. *Fl. lapp.* 262.
Radicula aquatica, foliis in profundas lacinias diviſis. *Dill. gen.* 122. *app.* 9.
Raphanus aquaticus, foliis in profundas lacinias diviſis. *Baub. pin.* 97. *prodr.* 38. *t.* 38.
Habitat *ad ripas & paludes frequens.*
Obſ. *Summa eſt hujus affinitas cum præcedente, quod ex fructificatione patet; facile cum D.* Hallero *ſolam varietatem eſſe crederem.*

552. SISYMBRIUM foliis pinnatis, foliolis ſubcordatis *Hort. cliff.* 336. *Roy. lugdb* 340. *Gron. virg.* 170.
Siſymbrium aquaticum. *Tournef. inſt.* 226.
Siſymbrina Cardamine. *Fuchſ. biſt.* 723.
Naſturtium aquaticum ſupinum. *Baub. pin.* 104.
*Suecis* Kiallkraſſe.
Habitat *in fontibus & rivulis ſylvaticis minus frequens.*
Pharmac. Nasturtii aquatici *Herba, Conſerva, Aqua, Syrupus, Spiritus cum vino & ſine vino.*

553. SISYMBRIUM petalis calyce minoribus, foliis decompoſito-pinnatis.

Si-

Siſymbrium corolla calyce minore, foliis multifidis linearibus. *Fl. lapp.* 261. *Hort. cliff.* 337.
Siſymbrium annuum, abſinthii minoris folio. *Tournef. inſt.* 228.
Sophia chirurgorum. *Lob. ic.* 738. *Til. ic.* 51.
Seriphium abſinthium. *Fuchſ. hiſt.* 2.
Naſturtium ſylveſtre, tenuiſſime diviſum. *Bauh. pin.* 105.
Habitat *in maceriis, ruderatis, tectis frequens.*
Pharmac. Sophiæ *Semina.*

## ERYSIMUM.

554. ERYSIMUM ſiliquis cauli appreſſis. *Hort. cliff.* 337. *Roy. lugdb.* 342.
Eryſimum vulgare. *Bauh. pin.* 100.
Iria ſive Eryſimum. *Dod. pempt.* 714. *Lob. ic.* 206.
Verbena mas. *Fuchſ. hiſt.* 592.
Habitat *juxta muros, inque plateis & ruderatis paſſim.*
Pharmac. Erysimi *Herba, Syrupus.*

555. ERYSIMUM foliis integris lanceolatis. *Fl. lapp.* 263. *Hort. cliff.* 337. *Roy. lugdb.* 342.
Turritis leucoji folio. *Tournef. inſt.* 224.
Myagrum ſiliqua longa. *Bauh. pin.* 109.
Camelina, Myagrum alterum thlaſpi effigie. *Lob. ic.* 225.
Habitat *in agris requietis, præſertim* Uplandiæ & Scaniæ *frequens.*

556. ERYSIMUM foliis lyrato-pinnatis, extimo haſtato.
Eryſimum alterum ſiliquis erucæ (C. B.) *Celſ. upſ.* 12.
Eryſimum latifolium majus glabrum. *Bauh. pin.* 101. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 218. *ſ.* 3. *t.* 3. *f.* 3.
Irio lævis apulus, erucæ folio. *Col. ecphr.* 1. *p.* 264. *t.* 265.
Habitat *in cultis & hortis inter olera rarius, forte e ſeminibus aliunde allatis.*
Obſ. *Folia viridia ſunt, minime viridi-albicantia.*

557. ERYSIMUM foliis lyratis extimo ſubrotundo.
Eryſimum foliis baſi pinnato-dentatis apice ſubrotundis. *Fl. lapp.* 264. *Hort. cliff.* 338.
Siſymbrium erucæ folio glabro, flore luteo. *Tournef. inſt.* 226.
Eruca lutea latifolia ſive Barbarea. *Bauh. pin.* 98.
Barbarea. *Dod. pempt.* 712.
Barbarea fæmina. *Tabern. hiſt.* 843.
β Siſymbrium erucæ folio glabro, minus & procerius. *Tournef. inſt.* 226.
*Suecis* Winterkraſſe.
Habitat *in* Scania *campeſtri rarius, at* β *in* Lapponia Lulenſi *ad ripas fluviorum minus frequens.*
Uſus: *Seritur pro olere crudo.*

558. ERYSIMUM foliis cordatis. *Hort. cliff.* 338. *Roy. lugdb.* 342.
Heſperis allium redolens. *Tournef. inſt.* 222.
Alliaria. *Fuchſ. hiſt.* 104. *Bauh. pin.* 110. *Cam. epit.* 589. *Dod. pempt.* 686. *Lob. ic.* 530. *Till. ic.* 60.
Habitat *ad ſepes paſſim.*
Pharmac. ALLIARIÆ *Herba.*

## CARDAMINE.

559. CARDAMINE foliis pinnatis, foliolis ſubrotundis integris.
Cardamine foliis pinnatis, caule erecto. *Fl. lapp.* 258. *Hort. cliff.* 336.
Cardamine pratenſis, magno flore purpuraſcente. *Tournef. inſt.* 224.
Naſturtium pratenſe, flore magno. *Bauh. pin.* 104.
Flos cuculi. *Dod. pempt.* 592.
β Cardamine pratenſis, magno flore albo. *Tournef. inſt.* 224.
*Suecis* Ångkraſſe. *Smolandis* Makraſſe.
Habitat *in paſcuis ſubhumidis frequentiſſima.*

560. CARDAMINE foliis pinnatis, foliolis ſubrotundo-anguloſis. *Hall. helv.* 558.

Car-

Cardamine flore majore elatior. *Tournef. inſt.* 224.
Naſturtium aquaticum majus & amarum. *Bauh. pin.* 104. *prodr.* 45.
Habitat *in* Scania *in rivulis frequens, in* Uplandia *rarius.*
Obſ. *Folia caulina eadem magnitudine qua radicalia gaudent.*

561. CARDAMINE foliis pinnatis, pinnis laciniatis. *Hort. cliff.* 336. *Roy. lugdb.* 345. *Hall. helv.* 557.
Cardamine annua, exiguo flore. *Tournef. inſt.* 224.
Siſymbrium montanum tenuifolium, flore muſcoſo purpuraſcente. *Barr. rar. t.* 155.
Sium impatiens. *Alp. exot.* 331.
Naſturtium minimum annuum, flore albo. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 221. *ſ.* 3. *t.* 4. *f.* 1.
Habitat *ad radices montium Gotſundenſium* Upſaliæ; *in nemoribus horti Carlberg* Stockholmiæ *& alibi rarius.*

562. CARDAMINE foliis pinnatis, floribus tetrandris. *Hort. cliff.* 336. *Roy. lugdb.* 345.
Cardamine hirſuta, minore flore. *Dill. giſſ.* 76.
Naſturtium aquaticum minus. *Bauh. pin.* 104.
Habitat *in pratis & campis* Scaniæ *circum Malmogiam.*

563. CARDAMINE foliis ternatis. *Hall. helv.* 559.
Cardamine foliis ternatis crenatis, caule ſimplici. *Fl. lapp.* 259. *Hort. cliff.* 336.
Cardamine alpina trifolia. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 127. *Rudb. lapp.* 96.
Cardamine trifolia. *Lob. ic.* 211.
Naſturtium alpinum trifolium. *Bauh. pin.* 304.
Habitat *in* Lapponia. *O. Rudbeck. in monte Kinnekulle* Weſtrogothiæ. *P. Kalm.*

564. CARDAMINE foliis ſimplicibus ovatis, petiolis longiſſimis. *Fl. lapp.* 206. *t.* 9. *f.* 2. *Hall. helv.* 566.
Cardamine puſilla, bellidis folio, alpina. *Ger. emac.* 260.

Na-

Naſturtium alpinum, bellidis folio, minus. *Baub. pin.* 105.
Plantula Cardamines æmula. *Cluſ. pan.* 458. *t.* 458.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequens.*

## DENTARIA.

565. DENTARIA foliis inferioribus palmatis, ſummis ſimplicibus. *Hort. cliff.* 335. *Roy. lugdb.* 340. *Hall. helv.* 557.
Dentaria heptaphyllos baccifera. *Baub. pin.* 322.
Dentaria tertia baccifera. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 121.
Habitat *in nemoribus ad radices montium, locis umbroſis* Roſlagiæ & Scaniæ; *in montibus Gotſundenſibus* Upſaliæ.

## ARABIS.

566. ARABIS foliis amplexicaulibus dentatis, caule diffuſo ramoſo. *Roy. lugdb.* 339. *Hall. helv.* 561.
Arabis caule ſimplici, foliis ovatis utrinque dentatis. *Fl. lapp.* 257.
Arabis foliis amplexicaulibus. *Hort. cliff.* 335.
Leucojum vernum perenne album majus. *Tournef. inſt.* 211.
Heſperis alpina ſeu muralis minor repens. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 118.
Draba alba ſiliquoſa. *Baub. pin.* 109.
Draba 2. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 125.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequens.*

567. ARABIS foliis lanceolatis petiolatis integerrimis. *Virid. cliff.* 64. *Roy. lugdb.* 339.
Turritis foliis lanceolatis integris petiolatis ad exortum ramorum ſolitariis. *Hort. cliff.* 339.
Turritis vulgaris ramoſa. *Tournef. inſt.* 224.
Piloſella ſiliquoſa minor. *Thal. herc.* 84. *t.* 7. *f. D.*
Burſa paſtoris ſive Piloſella ſiliquoſa. *Baub. hiſt.* 2. *p.* 870.
Burſæ paſtoris ſimilis ſiliquoſa major, ſeu majoribus foliis. *Baub. pin.* 108.
Habitat *in ſabuloſis aridis frequens.*

RA-

# RAPHANUS.

568. RAPHANUS ſiliquis teretibus articulatis uniloculaπbus. *Hort. cliff.* 340. *Roy. lugdb.* 344. *Hall. helv.* 555.

Raphaniſtrum ſiliqua articulata glabra majore & minore. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 265. *ſ.* 3. *t.* 13. *f.* 12. *Tournef. inſt.* 230.

Rapiſtrum flore albo, ſiliqua articulata. *Bauh. pin.* 95.

Rapiſtrum flore albo ſtriato, ſinapi agreſte album. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 851.

Habitat *in agris* Smolandiæ *inter ſegetes frequens.*

Obſ. *Folia inferiora obverſe ovata, integra; ſuperiora lyrata. Caulis ſcaber eſt ſetis pellucidis retroſpectantibus. Petioli communiter hiſpidi, ſed folia raro. Calyces ſemper pilis albis lanati.*

569. RAPHANUS ſiliquis ovatis angulatis monoſpermis. *Hort. cliff.* 340. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 199. *Roy. lugdb.* 344. *Gron. virg.* 170.

Raphaniſtrum ſiliquoſum monoſpermum maritimum Anglicum. *Herm. lugdb.* 520.

Crambe maritima, foliis Erucæ latioribus, fructu haſtiformi. *Tournef. inſt.* 212.

Cakile maritima anguſtiore (& ampliore) folio. *Tournef. cor.* 40.

Cakile ſerapionis. *Lob. hiſt.* 110.

Eruca maritima Italica, ſiliqua haſtæ cuſpidi ſimili. *Bauh. pin.* 99.

Habitat *in littoribus marinis paſſim.*

# CRAMBE.

570. CRAMBE foliis cauleque glabris.

Crambe foliis cordatis criſpis carnoſis. *Hort. cliff* 340.

Crambe maritima, foliis braſſicæ. *Tournef. inſt.* 211.

Braſſica maritima monoſpermos. *Bauh. pin.* 112.

Braſſica marina ſylveſtris multiflora monoſpermos. *Lob. adv.* 93.

*Bahuſiis* Strandkåhl.

Habitat *in littoribus arenoſis maritimis inſularum* Bahuſiæ *paſſim. P. Kalm.*

*Claſſis*

Claſſis XVI.

# MONADELPHIA

# *DECANDRIA.*

## GERANIUM.

571. GERANIUM pedunculis ſimplicibus unifloris. *Hort. cliff.* 343. *Roy. lugdb.* 350. *Hall. helv.* 365.
Geranium ſanguineum, maximo flore. *Bauh. pin.* 318.
Geranium ſeptimum hæmatedes. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 202.
Habitat *in pratis ſiccioribus, juxta lapides & ſepes paſſim.*

572. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis peltatis multifidis inciſo-ſerratis, caule erecto. *Fl. lapp.* 266. *Hort. cliff.* 344. *Roy. lugdb.* 351.
Geranium foliis rugoſis ſemitrilobis latioribus, lobis dentatis, lateralibus bipartitis, floribus purpureis. *Hall. helv.* 367.
Geranium batrachiodes, folio aconiti. *Bauh. pin.* 317.
Geranium batrachiodes montanum, noſtras. *Raj. hiſt.* 1062.
Geraninm II. batrachiodes. *Cluſ. pann.* 417. *t.* 418.
Gruinalis pratenſis, folio ranunculi aconitive. *Rupp. jen.* 103.
Habitat *in pratis aſperis paſſim; in* Norlandiæ *ſylvis copioſe.*
Obſ. *Licet variet flore albo & ex albo variegato, præſertim in ſylvis Lapponiæ, nullo modo tamen cum ſequenti confundendum, quod in hortis flore albo onuſtum habemus.*

573. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis peltatis multipartitis rugoſis pinnato-laciniatis acutis. *Hort. cliff.* 344. *Roy. lugdb.* 380. *Hall. helv.* 367.
Geranium batrachiodes, Gratia Dei germanorum. *Bauh. pin.* 318.

Gera-

Geranium III. batrachiodes majus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 100.
Habitat *in pratis paſſim.*

574. GERANIUM pedunculis bifloris, calycibus pyramidatis angulatis rugoſis, foliis quinquelobis rotundatis. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 200.
Geranium lucidum ſaxatile. *Bauh. pin.* 318.
Geranium lucidum. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 481.
Geranium ſaxatile. *Raj. hiſt.* 1060. *Thal. herc.* 44. *t.* 5.
Geranium rotundifolium ſaxatile montanum. *Col. ecphr.* 1. *p.* 138. *t.* 137.
Habitat *in lateribus montis Thorsburg* Gotlandiæ; *Stenhufwud & Trollareſtugan ad Glimåkra* Scaniæ.

575. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis ſubrotundis multifidis, caule procumbente. *Hort. cliff.* 344. *Roy. lugdb.* 451. *Hall. helv.* 365.
Geranium folio malvæ rotundo. *Bauh. pin.* 318.
Geranium aliud ſecundum. *Dalech. hiſt.* 1277.
Gruinalis, folio malvæ rotundo. *Rupp. jen.* 104.
Pes columbinus. *Dod. pempt.* 61.
Habitat *in cultis frequens.*

576. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-multifidis angulatis, laciniis acutis, capſulis glabris.
Geranium columbinum foliis diſſectis, pediculis florum longiſſimis. *Raj. hiſt.* 1059. *Vaill. pariſ.* 79. *t.* 15. *f.* 4.
Habitat *in* Scaniæ *arvis requietis circa Lundinum.* J. Leche.

577. GERANIUM pedunculis bifloris, foliis quinquepartito-multifidis rotundatis, laciniis obtuſiuſculis, capſulis hirſutis.
Geranium columbinum villoſum, petalis bifidis purpureis. *Vaill. pariſ.* 79. *t.* 15. *f.* 3.
Habitat *in* Scania *prope Lundinum.* J. Leche.

578.

578. GERANIUM pedunculis biſloris, foliis quinque-tri-ve-partitis, lobis pinnatifidis. *Hort. cliff.* 344.
Geranium robertianum primum. *Bauh. pin.* 319.
Geranium robertianum. *Dod. pempt.* 62. *Lob. ic.* 657.
Geranium III. *Fuchſ. hiſt.* 206.
Geranium V. *Cam. epit.* 603.
Habitat *in rupibus, petris, ſaxoſis minus frequens.*

579. GERANIUM pedunculis multifloris, calycibus pentaphyllis, floribus pentandris. *Hort. cliff.* 344. *Roy. lugdb.* 352. *Hall. helv.* 369.
Geranium cicutæ folio, minus & ſupinum. *Bauh. pin.* 319.
Geranium ſupinum. *Dod. pempt.* 63.
β Geranium cicutæ folio, moſchatum. *Bauh. pin.* 319.
Habitat *locis cultis, ſterilibus, agris, plateis frequens; at β in plateis* Stockholmienſibus. O. Celſius.
Obſ. *Varietas hujus non modo eſt Geranium moſchatum, ſed & Geranium folio althææ, nec non Geranium latifolium acu longiſſima; omnes hæ varietates gaudent ſtaminibus modo quinqueteſticulatis, caule diffuſo, foliis pinnatis, radice annua; ſed hæc β in duabus petalis proximis ad baſin notatur macula fuſca.*

# *POLYANDRIA.*

## MALVA.

580. MALVA caule repente, foliis cordato-orbicularibus obſolete quinquelobis. *Hort. cliff.* 347. *Roy. lugdb.* 356. *Hall. helv.* 363.
Malva ſylveſtris, folio ſubrotundo. *Bauh. pin.* 314.
Malva ſylveſtris pumila. *Fuchſ. hiſt.* 508. *Dod. pempt.* 653.
*Suecis* Kattoſt.
Habitat *in ruderatis, plateis & viis frequens.*
Obſ. *Apud nos flores communiter minores, corolla omnino alba; Stockholmiæ autem corolla majore purpuraſcente obvia, uti apud exteros.*

581.

581. MALVA caule erecto, foliis ſubpalmatis obſolete ſerratis. *Hort. cliff.* 347. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 200. *Roy. lugdb.* 356. *Hall. helv.* 362.
Malva ſylveſtris, folio ſinuato. *Bauh. pin.* 314.
Malva ſylveſtris procerior. *Dod. pempt.* 653.
Malva ſylveſtris recta. *Cord. hiſt.* 114.
Habitat *in* Scania *campeſtri frequens. in* Gotlandia *rarius.*
Pharmac. MALVÆ VULGARIS *Herba, Radix, Semina, Aqua.*

582. MALVA caule erecto, foliis multipartitis. *Hort. cliff.* 347. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 201. *it. oeland.* 158. *Roy. lugdb.* 356. *Hall. helv.* 363.
Alcea vulgaris major. *Bauh. pin.* 316.
Alcea vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 25. *Dod. pempt.* 656.
Habitat *in* Oelandia *inter agros Replingenſes; in* Scania *ad Fogelſång.*

583. MALVA montana ſeu Alcea rotundifolia laciniata. *Col. ecphr.* 1. *p.* 148. *t.* 147.
Alcea folio rotundo laciniato. *Bauh. pin.* 316.
Habitat *in Lögholmen* Bahuſiæ *infra Tanum, ubi duas modo plantas legit P. Kalm.*
Obſ. An hæc præcedentis tantum varietas? differt tamen breviori ſtatura, corollis ſuaveolentibus ſ. moſchatis, facie.

## *Claſſis XVII.*

# DIADELPHIA

# *HEXANDRIA.*

## FUMARIA.

584. FUMARIA pericarpiis monoſpermis. *Hort. cliff.* 352. *Roy. lugdb.* 394. *Hall. helv.* 605.
Fumaria officinarum & Diſcoridis. *Bauh. pin.* 143.

Fumaria. *Dod. pempt.* 59. *Fuchſ. hiſt.* 338. *Till. ab.* 122. *Cam. epit.* 890.

Capnos. *Lob. hiſt.* 437.

Habitat *in agris, arvis, ſatis, aggeribus frequens.*

Pharmac. Fumariæ *Herba, Semina, Conſerva, Syrupus, Aqua, Eſſentia,* Extractum.

585. FUMARIA caule ſimpliciſſimo diphyllo, floribus calyce deſtitutis. *Hort. cliff.* 351. *Roy. lugdb.* 394.

α Fumaria bulboſa, radice non cava, major. *Bauh. pin.* 144.

Fumaria bulboſa, radice ſolida, calcari & folio criſtato. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 205.

Fumaria bulboſa viridis. *Tabern. hiſt.* 94.

Radix cava, viridi flore. *Lob. ic.* 760.

β Fumaria bulboſa, radice non cava, minor. *Bauh. pin.* 144.

Fumaria bulboſa minor. *Tabern. hiſt.* 94.

Fumaria tuberoſa minor, radice non cava. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 261. *ſ.* 3. *t.* 12. *f.* 8.

Capnos altera, fabacea radice. *Lob. ic.* 759. *Dalech. hiſt.* 1294.

Radix cava minor. *Dod. pempt.* 327.

γ Fumaria bulboſa, radice cava, major. *Bauh. pin.* 142.

Fumaria bulboſa radice cava, flore purpuraſcente & albo. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 204.

Fumaria bulboſa. *Dalech. hiſt.* 1293. *Tabern. hiſt.* 92. 93. *f.* 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Till. ic.* 52.

Radix cava major. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 271.

Radix cava. *Dod. pempt.* 327. *Lob. hiſt.* 439.

Split radice rotunda cava Rivini. *Rupp. jen.* 216.

Pſeudo-fumaria. *Riv. tetr.* 72.

Habitant *omnes tres* α. β. γ. *in Suecia, ſed diſtinctis regionibus.*

α. *in maritimis* Roſlagiæ & Finlandiæ.
β. *in nemoribus plerisque* Uplandiæ.
γ. *in* Scania *flore & rubro & albo.*

Pharmac. γ Aristolochiæ Fabaceæ *Radix.*

Obſ.

Obſ. *Conjunxi has α. β. γ. in Horto Cliffortiano, nec ſeparandus adhuc ſentio, quamvis α. γ. ſpecie diſtinguendas eſſe amiciſſ. Ludwigius, Moehringius & Hallerus demonſtrare conantur.*

*Video in hac ſpecie plurimas notas proprias & eſſentiales, quas vix facile in aliis hujus generis reperire liceat. Scilicet in omnibus α. β. γ. eſt*

1. *Corolla omnino absque calyce, reliquæ omnes calyce gaudent.*
2. *Radix bulboſa ſubtus fibroſa, quod nec in alia ſpecie hujus generis.*
3. *Caulis ſimplex absque ramis, niſi quod unicus ex infima ala interdum prodeat.*
4. *Folia in caule communiter duo.*
5. *Membrana e radice plantam ante explicationem includens.*
6. *Bractea lata foliacea ſub ſingulo flore.*

*Varietatum notæ propriæ ſunt ſequentes:*

α. *radix ſolida, bracteæ inciſæ.*

β. *radix ſolida, bracteæ integræ.*

γ. *radix cava, bracteæ integræ.*

Sic conjungit varietas β plantas radice ſolida α & cava γ, quæ β uti α radice ſolida, ſed uti γ bracteis integris gaudet.

# *OCTANDRIA.*

## POLYGALA.

586. POLYGALA foliis lineari-lanceolatis, caulibus diffuſis herbaceis. *Virid. cliff.* 70. *Hort. cliff.* 352. *Roy. lugdb.* 393.

Polygala vulgaris. *Baub. pin.* 215.

Flos ambervalis. *Dod. pempt.* 253.

β Polygala violacea. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 236.

γ Polygala carnea. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 236.

δ Polygala alba. *Tournef. inſt.* 174.

*Smolandis* Jungfru Mariæ Hőr.

Habitat *in paſcuis & pratis ſiccis frequens.*

Obſ. *In inſula* Karőn *prope* Őſthammar *duplo major & erectior obſervatur.*

# *DECANDRIA.*

## GENISTA.

587. GENISTA foliis lanceolatis, ramis teretibus ſtriatis. *Hort. cliff.* 355. *Roy. lugdb.* 371.

Geniſta tinctoria germanica. *Bauh. pin.* 395. *Tourneſ. inſt.* 643.

Geniſta tinctoria vulgaris. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 101.

Geniſta tinctoria. *Dod. pempt.* 763.

Geniſtella. *Riv. tetr.* 67.

Tinctorius flos. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 390.

Habitat *ad agrorum margines in* Weſtrogothia *inter prædia Bőrſtorp & Slåttewalla. J. Leche. in monticulo parœciæ Malmæ verſus Hunneberg* Weſtrogothiæ. *A. H. Wrangel.* L. B.

Pharmac. Genistæ *Herba, Flores, Semina, Sal.*

588. GENISTA foliis lanceolatis obtuſis, caule tuberculoſo. *Hort. cliff.* 355. *Roy. lugdb.* 371. *Lech. ſcan.* 61.

Geniſta ramoſa, foliis hyperici. *Bauh. pin.* 395. *Tourneſ. inſt.* 643.

Geniſta piloſa. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 393.

Chamægeniſta prima. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 103.

Creſcit *in* Hallandia *prope Stiernarp. J. Leche.*

## SPARTIUM.

589. SPARTIUM ramis inermibus angulatis, foliis ternatis ſolitariisque. *Hort. cliff.* 356. *Roy. lugdb.* 370. *Lech. ſcan.* 59.

Cytiſo-geniſta ſcoparia vulgaris, flore luteo. *Tourneſ. inſt.* 649.

Geniſta anguloſa & ſcoparia. *Bauh. pin.* 395.

Geniſta. *Dod. pempt.* 761.

Habi-

Habitat *in* Scania *ad Söfde*, *Iwetoſta*, *Höja*. J. Leche. *In inſula Wenneri lacus*, *diſtrictus Arunæ* Weſtrogothiæ. A. H. Wrangel. L. B.

## CORONILLA.

590. CORONILLA corollarum unguibus calyce duplo longioribus. *Roy. lugdb.* 387. *Hort. cliff.* 363. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 201. *It. gotl. jul.* 3.

Coronilla major. *Riv. tetr.* 95.

Emerus. *Cæſ. ſyſt.* 117. *Tourneſ. inſt.* 650.

Colutea ſiliquoſa. ſ. ſcorpioides major. *Bauh. pin.* 397.

Colutea ſcorpioides. *Cam. epit.* 541.

Colutea ſcorpioides elatior. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 97.

Habitat *in rupibus montis Thorsburg* Gotlandiæ *ad latus orientale*.

Uſus: *in hortis ornamenti & oblectamenti cauſſa colitur*, *communiter hybernacula intrat*.

## ASTRAGALUS.

591. ASTRAGALUS leguminibus lunatis biventricoſis, caulibus procumbentibus. *Hort. cliff.* 362. *Roy. lugdb.* 392.

Aſtragalus caule ex alis ſpicato ramoſo procumbente, foliis ovalibus. *Hall. helv.* 564.

Aſtragalus luteus perennis, procumbens vulgaris ſ. ſylveſtris. *Moriſ. hiſt.* 2. *p.* 107. *ſ.* 2. *t.* 9. *f.* 8.

Aſtragalus. *Riv. tetr.* 163.

Glycyrrhiza ſylveſtris, floribus luteo-palleſcentibus. *Bauh. pin.* 352.

Glaux vulgaris, Glycyrrhiza ſylveſtris geſneri. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 233.

Habitat *in* Scania *prope Fogelſong*, *Dybeck*, *Horwa &c. in* Dalekarlia *orientali monte Hykie Elfdalenſi*. *in* Weſtrogothia *in Kinnekulle*, *ad latera montis Hall*, *prope Falcopiam*, *Billingen*; *in* Oelandia & Gotlandia.

592. ASTRAGALUS pedunculis folio longioribus, floribus

bus laxe ſpicatis pendulis. *Hort. cliff.* 362. *Roy. lugdb.* 392.

Carex

Carex ſpica maſcula a fæminea in ala folioli remota. *Fl. lapp.* 336.

Cyperoides alpinum ſaxatile, capillaceo folio, caule rotundo triquetro, ſpica ſeminali nigricante plerumque unica, capſulis oblongis turbinatis trilateris ſubhirſutis in apicem tenuiſſimum nonnihil bifidum terminatis. *Mich. gen.* 64. *t.* 32. *f.* 3.

*Suecis* Klotſtarr.

Habitat *in alpibus* Dalekarlicis.

Obſ. *Figura Michelii ſatis bona, ſed folium ſpicæ fæmineæ ſubjectum ipſa ſpica duplo longius. Culmus tenuis, craſſitie ſetæ; ſpica nigricans.*

760. CAREX ſpica maſcula oblonga, fæmineis ſeſſilibus oblongis: inferiore foliolo proprio breviore.

Cyperoides ſpicis ſeminalibus ſeſſilibus diſtantibus gracilibus, ſumma marem contingente. *Hall. helv.* 235.

Cyperoides ſylvaticum tenuifolium, ſpicis parvis tenuibus ſpadiceo-viridibus. *Scheuch. hiſt.* 425. *t.* 10. *f.* 11.

*Suecis* Trådſtarr.

Habitat *in nemoribus.*

Obſ. *Foliis anguſtis longioribus, ſpica unica maſcula a* Cyperoide. 768. *β. facile diſtinguitur.*

## *Spicis fæmineis pedunculatis.*

761. CAREX ſpicis androgynis terminatricibus petiolatis: florentibus erectis, fructiferis pendulis. *Hort. cliff.* 438.

Carex ſpicis ad apicem culmi pendulis androgynis. *Fl. lapp.* 324.

Carex ſpicis obeſis ſimplicibus petiolatis. *Hall. helv.* 246.

Carex alpina, foliis caryophyllæis, caule concinne triquetro, capitulis compactis pulchellis atris & tumentibus, ſpicam veluti componentibus ac aliquibus pediculis inſidentibus. *Mich. gen.* 69.

Gramen alpinum pulchrum, foliis caryophyllæis, ſpicis atris & tumentibus. *Scheuch. hiſt.* 481.

Gramen cyperoides alpinum majus, ſpicis atris plurimis ſimul junctis. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 55. *f.* 23.

*Suecis* Fiellſtarr.

Habitat *in alpibus* Lapponicis.

762. CAREX ſpicis ovatis pendulis: maſculina longiore erectiore, radice repente. *Hort. cliff.* 439.

Carex ſpicis verſus apicem pendulis maſculina & fæmininis. *Fl. lapp.* 325.

Cyperoides ſpicis ſeminalibus laxis ovalibus pendulis. *Hall. helv.* 239.

Cyperoides ſpica pendula breviore, ſquamis e ſpadiceo vel fuſco rutilante viridibus. *Scheuch. hiſt.* 442. *t.* 10. *f.* 15.

*Suecis* Dy-ſtarr.

Habitat *in paludibus limoſis profundis ſylvaticis.*

Obſ. *Hæc præcedenti ſimilis facie, utraque enim ſpicis nigris gaudet. bracteæ fuſcæ absque linea in medio albidiore. Styli in ſingulo germine tres.*

763. CAREX ſpicis pendulis, maſcula erecta, fæmineis oblongis diſtichis, capſulis nudis acuminatis.

Carex ſpicis ex apice pendulis maſculina & fæmineis albis. *Fl. lapp.* 326.

Gramen cyperoides puſillum, ſpica flaveſcente. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 58. *f.* 40.

*Suecis* Hår-ſtarr.

Habitat *in prato regio* Upſalienſi *& in paludibus* Roſlagiæ *frequens.*

Obſ. *Hanc ſpeciem cum olim legeram florentem, per maturitatem evadere eandem cum ſequenti credideram, ſed, copioſius lecta, limites abſolutos nunc ſtatuo. Hæc ſpecies & minor & anguſtior & tenerior omnibus ſuis partibus eſt. Dum floret ſcapus folio brevior, vix digiti transverſi longitudine, unico folio inſtructus, e cujus apice ſpicæ quatuor pedunculatæ producuntur, erectæ adhuc, quarum unica maſcula eſt; at brevi tempore fit Caulis ſpithameus, filiformis, erectus, in medio unico folio vaginante (culmo ipſo tamen breviore) inſtructus, e tu-*

*cujus ala ſpica pendula; prope apicem culmi folium parvum vaginans cum altera ſpica pendula petiolata; apex autem ipſe culmi e vagina vix foliacea emittit ſpicam maſculam & fœmineam, utroſque petiolatas, hancque pendulam; ſpicæ ſæmineæ capſulis fuſcis acuminatis alternis, bractea caduca per maturitatem deſtitutis.*

764. CAREX ſpicis pendulis: maſcula erecta, fæmineis ovatis imbricatis, capſulis confertis obtuſis.

Carex ſpicis tribus petiolatis erectis remotis, maſcula & fæmineis. *Fl. lapp.* 327.

Cyperoides ſpicis ſeminalibus longius pediculatis nutantibus, ſuprema marem gracilem & albidum contingente. *Hall. helv.* 237. *deſcr.*

Cyperoides polyſtachyon flavicans, ſpicis brevibus prope ſummitatem caulis. *Mich. gen.* 61. *t.* 39. *f.* 13. *Pluk. alm.* 178. *t.* 34. *f.* 5.

Gramen cyperoides ſpicis albicantibus plurimis in unam ſpicam longe denſe compactis. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 54. *f.* 20.

*Suecis* Blek-ſtarr.

Habitat *in paludibus, præſertim* Norlandiæ, *frequens.*

Obſ. *Hæc præcedente duplo & craſſior & foliis latior. Folia caulina vix vaginantia ſunt, longitudine tamen apicem culmi ſuperant; ſpicæ fæmineæ omnes pedunculatæ pendulæ, undique imbricatæ nec diſtichæ, bracteis perſiſtentibus, capſulis omnino obtuſis, nec ullo modo acuminatis; ut nullum in poſterum dubium, quin diſtincta habenda ſit ſpecies.*

*Quam in Flora Lapponica §. 327. propoſui, quamque Rudbeckius delineavit, eſt hæc eadem ſpecies tempore floreſcentiæ.*

765. CAREX ſpicis pedunculatis erectis remotis: fæmineis linearibus, capſulis obtuſiuſculis inflatis.

Carex ſpicis remotis ſeſſilibus, capſulis ſubgloboſis. *Fl. lapp.* 333.

Cyperoides ſpicis ſeminalibus breviter pediculatis & inter ſe & a mare remotiſſimis. *Hall. helv.* 237.

Gramen cyperoides, foliis caryophyllæis, ſpica granis rarioribus & tumidioribus conflata. *Rudb. elyſ.* 1. 57. *t.* 31.

Gramen cyperoides gracile alterum, glomeratis torulis ſpatio diſtantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 243. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 18.

Gramen cyperoides ſpicis parvis longe diſtantibus. *Raj. hiſt.* 1295. *Scheuch. hiſt.* 431.

β Cyperoides foliis caryophyllæis, ſpicis e rarioribus & tumidioribus veſicis compoſitis. *Mich. gen.* 61. *t.* 32. *f.* 11. *Pluk. alm.* 178. *t.* 91. *f.* 7.

*Suecis* Hirſs-ſtarr.

Habitat *in udis turfaceis.*

Obſ. *Capſulæ ſæpe uſtilagineæ, tumque globoſæ & majores evadunt. Non video apud auctores notam, qua β a præcedente planta diſtinguam.*

766. CAREX ſpicis pendulis omnibus fæmineis, unica androgyna: inferne maſcula. *Hort. cliff.* 439. *Gron. virg.* 114. *Roy. lugdb.* 439.

Cyperoides ſpicis ſeminalibus longis & aſperis, e longis pediculis pendulis. *Hall. helv.* 239.

Cyperoides ſpica pendula breviore. *Scheuch. hiſt.* 440.

Gramen cyperoides ſpica pendula breviore. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 86. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 242. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 5.

Pſeudo-Cyperus. *Dod. pempt.* 339.

*Suecis* Slok-ſtarr.

Habitat *in foſſis, præſertim verſus* Dannemoram.

Obſ. *Spicis maturis capſulæ ſubulatæ ſtriatæ acuminatæ retroflexæ. bracteæ in hac ſpecie fere ſetaceæ ſunt.*

767. CAREX ſpicis erectis cylindricis tribus ſubſeſſilibus: maſcula terminatrice, culmo triquetro.

Cyperoides ſylvaticum anguſtifolium, ſpicis parvis tenuibus ſpadiceo-viridibus. *Scheuch. hiſt.* 425. *an?*

*Suecis* Tuſ-Starr. *Weſtrobothnienſibus* Lappſkogræs & hæc & 767 audit.

Habitat *in paludibus, ubi ceſpitum inſtar turfas & faſciculos grate virides maximoſque conſtituit, non infrequens.*

Obſ.

Obſ. *Diſtinguitur facile a reliquis foliis anguſtis longis læte viridibus in majores faſciculos natis quam in ulla alia ſpecie. Spicis fæmineis duabus erectis nigricantibus, capſulis flaveſcentibus ſeſſilibus erectis obtuſis ovatis imbricatis. Culmo nudo exacte triquetro. ſub infima ſpica foliolum ſpica longius, ſub altera ſpica brevius ipſa ſpica.*

## *Spicis maſculis pluribus.*

768. CAREX ſpicis maſculis pluribus, fœmineis pedunculatis, capſulis inflatis acuminatis.

Carex ſpicis plurimis floreſcentibus tenuibus, fructiferis craſſis. *Fl. lapp.* 330.

Cyperoides veſicarium glabrum, ſpica pendula longiore. *Tournef. inſt.* 530.

Cyperoides veſicarium majus. *Dill. giſſ.* 63. *app.* 41.

Cyperoides aquaticum maximum, foliis vix unciam latis, caule exquiſite triangulari, ſpicis habitioribus erectis, ſquamis in ariſtam longius productis, capſulis oblongis bifidis. *Mich. gen.* 57. *t.* 32. *f.* 6. 7.

Cyperoides ſpicis maſculis gracillimis, fœmininis pendulis aut erectis, capſulis ventricoſis collo longo bifido. *Hall. helv.* 241.

Cyperoides veſicarium, ſpicis viridantibus vel ſubfuſcis. *Scheuch. hiſt.* 470.

Gramen cyperoides anguſtifolium, ſpicis longis erectis. *Baub. pin.* 6. *theat.* 84.

Gramen cyperoides majus præcox, ſpicis turgidis teretibus flaveſcentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 242. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 6. *bona.*

β Carex culmo longiſſimo, ſpicis tenuibus remotis. *Fl. lapp.* 328.

Gramen cyperoides ſylvarum tenuius ſpicatum. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 243. *ſ.* 8. *t.* 12. *f.* 9. *Raj. hiſt.* 1295. *Scheuch. hiſt.* 418.

*Suecis* Blåſeſtarr, Lappſko-ſtarr. *Weſtrobothnis* Lappſko-gräs. *Lappis* Kappmockſuini.

Habitat *ad foſſas & udis ſemper locis frequens.*

 Obſ.

Obſ. *Stylus in hac ſpecie vix ullus, ſed germen attenuatum acuminatum, apice vix maniſeſte bifido perſiſtente. Bracteæ lanceolatæ, acuminatæ lateribus ſubfuſcis.*

769. CAREX ſpicis maſculis pluribus, fæmineis ſubſeſſilibus, capſulis obtuſiuſculis.

Carex ſpicis erectis oblongis ſeſſilibus alternis, foliolo florali brevioribus: ſuperioribus maſculis. *Hort. cliff.* 439.

α Carex maxima ſpicis plurimis remotis longis. *Fl. lapp.* 329.

Cyperoides foliis caryophyllæis, caule exquiſite triangulari, ſpicis habitioribus, ſquamis curtis obtuſe mucronatis, capſulis turbinatis brevibus confertis. *Mich. gen.* 62. *t.* 32. *f.* 12. *bona.*

Cyperoides ſpica ruffa ſive caule triangulo. *Tourneſ. inſt.* 529.

Cyperoides latifolium, ſpica ruffa ſive caule triangulo. *Scheuch. hiſt.* 458.

Gramen cyperoides ſpica ruffa ſive caule triangulo. *Bauh. pin.* 6. *theatr.* 83.

β Carex nigra verna vulgaris. *Fl. lapp.* 330.

Cyperoides nigro-luteum vernum minus. *Tourneſ. inſt.* 529.

Gramen cyperoides, foliis caryophyllæis, vulgatiſſimum. *Raj. hiſt.* 1292.

*Suecis* Blå-ſtarr.

Habitat *ubique in humentibus,* α *ad ripas fluviorum,* β *vero in pratis, paſſim.*

Obſ. *In hac ſpecie ſtylus eſt bifidus, hiſpidus, albus, marceſcens. Bracteæ ovatæ, fuſcæ, linea longitudinali viridi.*

## SPARGANIUM.

770. SPARGANIUM foliis adſurgentibus triangularibus. *Fl. lapp.* 345. *Hort. cliff.* 439. *Roy. lugdb.* 73. *Gron. virg* 114.

Sparganium ramoſum. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 228. *Mont. gram.* 22. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 247. *ſ.* 18. *t.* 13. *f.* 1. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 120. *f.* 1.

Fl-

Platanaria ſive Butomon. *Dod. pempt.* 601.

β Sparganium non ramoſum. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 231. *Tabern. ic.* 247. *Mont. gram.* 21.

*Uplandis* Träggian.

Habitat *in foſſis & piſcinis; ad* Wadſtenenſem *arcem Maximum occurrit; in paludibus Minus frequens eſt.*

771. SPARGANIUM foliis natantibus plano-convexis. *Fl. lapp.* 345.

Sparganium foliis complanatis natantibus, ſpicis pauciſſimis. *Hall. helv.* 260.

Sparganium minimum. *Raj. hiſt.* 1910. *ſyn.* 3. *p.* 437.

Sparganium non ramoſum minus. *Dill. app.* 58.

*Smolandis* Flotagräs.

Habitat *in fluviis maximis pacificis, inque lacubus, e profunditate duarum orgyarum ſæpe enaſcitur.*

## TYPHA.

772. TYPHA. *Fuchſ. hiſt.* 822. *Lob. ic.* 81. *Hort. cliff.* 439. *Roy. lugdb.* 73.

Typha paluſtris major. *Bauh. pin.* 20. *theatr.* 337. *Mont. gram.* 21. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 246. *ſ.* 8. *t.* 13. *f.* 1.

Typha paluſtris. *Dod. pempt.* 604. *Till. ab.* 67. *ic.* 109.

*Suecis* Kaſedun. *Helſingis* Kafveldun.

Habitat *ad ripas lacuum, fluviorum, paludum, piſcinarum paſſim.*

# TETRANDRIA.

## URTICA.

773. URTICA androgyna, foliis ovalibus. *Hort. cliff.* 440.

Urtica foliis ovatis, amentis cylindraceis, androgyna. *Fl. lapp.* 375. *Hall. helv.* 178.

Urtica urens minor. *Bauh. pin.* 232.

Urtica minor annua. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 446.

Urticoides urens. *Pont. anth.* 210.

β Urtica minor urens, foliis eleganter variegatis, caule intorto rubente. *Rudb. lapp.* 100.

*Suecis* Etternâtſla.

Habitat *in maceriis, ſepibus, cultis ubique.*

774. URTICA dioica, foliis oblongo - cordatis. *Hort. cliff.* 440. *Roy. lugdb.* 210. *Hall. helv.* 177.

Urtica foliis cordatis, amentis cylindraceis, ſexu diſtincta. *Fl. lapp.* 374.

Urtica urens maxima. *Bauh. pin.* 232.

Urtica urens maxima ſterilis. *Pont. anth.* 210.

Urtica *Black. herb. t.* 12.

Urtica urens maxima fertilis. *Pont. anth.* 210.

*Suecis* Brännâtſla. *Smolandis* Stora Nâter.

Habitat *ubique juxta domos, ſepes, inque maceriis.*

Pharmac. Urticæ majoris *Radix, Herba, Semina, Aqua.*

Uſus: *Turiones vere coquuntur in oleribus.*

## ALNUS.

775. ALNUS. *Fl. lapp.* 340. *Hort. cliff.* 441. *Roy. lugdb.* 85.

α Alnus rotundifolia glutinoſa viridis. *Bauh. pin.* 428.

Alnus. *Cam. epit.* 68. *Loeſ. pruſſ.* 10 *t.* 1.

β Alnus folio incano. *Bauh. pin.* 428.

Alnus incana & hirſuta. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 154.

Alnus alba. *Frank. ſpec.* 32. *Till. ab.* 3.

*Suecis* Ahl. *Weſtrobothnis* Ulra. *Helſingis* Alder. *Lappis* Leipe. β *Gothis* Arre.

Habitat α *ubique frequens in* Suecia *&* Gothia, *at* β *in* Norlandia *inque* Smolandia *in Hollwägen infra Ekeſiö. creſcit* α *ubique in humidis & depreſſis,* β *in altioribus & frigidioribus.*

Obſ. *Antea diximus* β *eſſe varietatem ab* α, *& adhuc idem abſolute ſtatuimus, licet varietatem eſſe diſtinctam non negemus.*

Uſus: *Folia* β *pro pabulo ovium præſtant* α.

## BETULA.

776. BETULA foliis acuminatis ſerratis. *Hort. cliff.* 442. *Roy. lugdb.* 85. *Hall. helv.* 158.

Betula. *Cam. epit.* 69. *Bauh. pin.* 427. *Frank. ſpec.* 32. *Rudb. cat.* 7. *hort.* 17. *vall.* 6. *Till. ab.* 7. β

β Betula folio rotundiore, ramis propendentibus. *Lind. wiksb. 5.*
Betula virgis pendulis. *Loeſ. pruſſ. 26.*
γ Betula folio candido latiore acuminato. *Lind. wiksb. 5.*
δ Betula fragilis, folio ſubnigro lanuginoſo. *Lind. wiksb. 5.*
ε Betula ſaxatilis torminalis, folio oblongo. *Lind. viksb. 5.*
ζ Betula pumila. *Thal. herc. 20. Mapp. alſ. 39.*
*Suecis* Biörk. *Lappis* Säke. β. Hångbiörk. δ. Glasbiörk. ε. Kartbiörk, Maſurbiörk. ζ. Fiällbiörk.
Habitat *ubique in ſylvis, præſertim borealibus.*
Uſus: *Folia luteo colore inficiunt lanas & ova. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 26.

777. BETULA foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp. 266. t. 6. f. 4. Hort. cliff. 442. Roy. lugdb. 85. Hall. helv. 158.*
Betula paluſtris pumila, foliis parvis rotundis. *Celſ. upſ. 3.*
Betula pumila, foliis ſubrotundis. *Amm. rhut.* 180.
Betula humilis rotundifolia. *Mart. burſ.* 535.
Betula paluſtris nana. *Rudb. lapp.* 96.
Betula nana ſive pumila. *Frank. renov.* 32. *Till. ab.* 9.
Betula nana ſuecorum. *Rudb. hort.* 17. *Brom. goth.* 11. *Act. upſ.* 1736. *p.* 15.
Betula nana. *Lind. wiksb. 5.*
Betula pumila. *Loeſ. pruſſ.* 10. *Gottſch. pruſſ.* 27.
Betula puſilla. *Mentz. ind.* 47.
*Lappis* Skirre ſive Skerre. *Novaccolis* Ryp-ris. *Weſtrobothnis* Kling-ris. *Dalekarlis* Fiällrapa. *Smolandis* Fredagsbiörck.
Habitat *in alpibus* Lapponicis & Dalekarlicis *ubique, in deſertis* Lapponiæ & Norlandiæ *paſſim; in* Smolandia ad *Tagelmyran Skatelöfenſem & Kattmåſſen Lenhofdenſem.*
Obſ. *Laurent.* Klaſe *Diſſ. acad.* (*ſub noſtro Præſidio*) *de* Betula nana. Upſaliæ 1743. *d.* 30. *Junii, quarto, p.* 20. *t.* 1. *habuit, ubi hiſtoria hujus fruticis habetur; cui addas ea, quæ* Hallerus *de arbuſcula hac l. c. habet &* Ammannus *in actis petropolitanis.* PEN-

# *PENTANDRIA.*

## XANTHIUM.

778. XANTHIUM caule inermi. *Hort. cliff.* 443. *Roy. lugdb.* 85. *Hall. helv.* 161.
Xanthium. *Fuchſ. hiſt.* 579. *Dod. pempt.* 39.
Lappa minor ſive Xanthium dioſcoridis. *Bauh. pin.* 198.
Lappa ſtrumaria, foliis anguloſis, diſpermos, echinis bicornibus ſurſum rigentibus ad foliorum alas confertis. *Pluk. alm.* 205.
Habitat *Lundini & alibi in* Scania *campeſtri in maceriis & ſterquiliniis.*

## AMARANTHUS.

779. AMARANTHUS foliis ovatis emarginatis. *Hort. cliff.* 444. *Roy. lugdb.* 420. *Hall. helv.* 176. *Lech. ſcan.* 75.
Amaranthus ſylveſtris & vulgaris. *Tournef. pariſ.* 385.
Blitum album minus. *Cam. epit.* 236.* *Raj. hiſt.* 200.*
Habitat *in* Scania, *inque ipſis plateis Lundinenſibus; inter olera plantas hortenſes paſſim.*
Obſ. *Habetur & foliis in medio albis ſ. argenteis cum macula fuſca, & absque macula.*

# *POLYANDRIA.*

## SAGITTARIA.

780. SAGITTARIA foliis ſagittatis. *Fl. lapp.* 344. *Hort. cliff.* 447. *Roy. lugdb.* 493. *Hall. helv.* 300. *Gron. virg.* 116.
Sagitta europæa minor latifolia. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 618.
Sagitta. *Dill. gen.* 104. *Sloan. flor.* 76. *Vaill. act.* 1719. *p.* 33.
Sagitta aquatica minor latifolia. *Bauh. pin.* 194.
Ranunculus paluſtris, folio ſagittato minori. *Tournef. inſt.* 46.
β Sagitta aquatica minor anguſtifolia. *Bauh. pin.* 194.
γ Sagitta aquatica major. *Bauh. pin.* 194.

δ Sagit-

δ Sagitta aquatica major, folio anguſtiore. *Boerh. lugdb.* 46.
ε Sagitta aquatica, foliis variis. *Loeſ. pruſſ.* 234. *t.* 74.
Gramen bulboſum aquaticum. *Bauh. prodr.* 4.
Habitat *ad ripas fluviorum & foſſarum paſſim.*

## MYRIOPHYLLUM.

781. MYRIOPHYLLUM floribus maſculis interrupte ſpicatis. *Hort. cliff.* 446. *Roy. lugdb.* 213.
Myriophyllum. *Fl. lapp.* 343.
Myriophyllum vulgare majus. *Vaill. act.* 1719. *p.* 30.
Myriophyllum aquaticum pennatum & ſpicatum. *Pont. anth.* 198.
Potamogeton foliis pennatis. *Tournef. inſt.* 233.
Millefolium aquaticum pennatum ſpicatum. *Bauh. pin.* 141. *prodr.* 73. *f.* 1.
Pentapteris ſcapo florigero nudo. *Hall. helv.* 201.
Habitat *in lacubus & aquis quietis ubique.*

782. MYRIOPHYLLUM floribus omnibus verticillatis. *Hort. cliff.* 446. *Roy. lugdb.* 213.
Myriophyllum vulgare minus. *Vaill. act.* 1719. *p.* 31.
Myriophyllum aquaticum ad foliorum nodos florigerum. *Pont. anth.* 198.
Myriophyllum aquaticum minus. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 252.
Pentapterophyllon aquaticum, floribus ad foliorum nodos. *Dill. gen.* 125. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 316.
Pentapteris floribus foliis inſidentibus. *Hall. helv.* 203.
Potamogeton floſculis ad foliorum nodos. *Tournef. inſt.* 233.
Millefolium aquaticum, floſculis ad foliorum nodos. *Bauh. pin.* 141.
Habitat *in* prato regio Upſalienſi *locis paludoſis fere exſiccatis.*
Obſ. *Præcedens folia quaterna ſæpius gerit, hæc vero e regione quina; flores maſculos & fæmineos diſtinctos in utraque planta reperio, Hermaphroditos autem nullos.*

## CERATOPHYLLUM.

783. CERATOPHYLLUM. *Hort. cliff.* 446. *Roy. lugdb.* 214.
Cera-

Ceratophyllum foliis aſperis, bis bifurcatis. *Hall. helv.* 202.

Hydroceratophyllum folio aſpero quatuor cornibus armato. *Vaill. act.* 1719. *p.* 21. *t.* 2. *f.* 2. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 135.

Dichotophyllum. *Dill. gen.* 91. *giſſ.* 149.

Pinaſtella infirmioribus & hamoſioribus caulibus, foliis inſtar cornu cervi diviſis. *Rupp. jen.* 275.

Equiſetum ſub aqua repens, foliis bifurcatis. *Loeſ. pruſſ.* 67. *t.* 12.

Habitat *in aquis pigrioribus & foſſis* Stockholmiæ, Upſaliæ *& alibi.*

## QUERCUS.

784. QUERCUS foliis annuis oblongis ſuperne latioribus, ſinubus acutioribus, angulis obtuſis. *Hort. cliff.* 448. *Hall. helv.* 152.

Quercus cum longo pediculo. *Bauh. pin.* 420.

Quercus. *Fuchſ. hiſt.* 229. *Loeſ. pruſſ.* 211. *t.* 69.

*Suecis* Ek.

Habitat *in pratis frequens per* Sueciam *&* Gothiam, *non vero per* Norlandiam.

Pharmac. QUERCUS *Cortex, Folia, Glandes, Cupulæ, Aqua.*

## FAGUS.

785. FAGUS foliis ovatis obſolete ſerratis. *Hort. cliff.* 447.

Fagus. *Bauh. pin.* 419. *Cam. epit.* 112.

*Suecis* Bök.

Habitat *in* Scania *&* Smolandia *vaſtas ſylvas conſtituens; in* Bahuſia *paſſim.*

Pharmac. FAGI *Fructus, Cineres clavellati.*

## CARPINUS.

786. CARPINUS ſquamis ſtrobilorum planis. *Hort. cliff.* 447. *Lecb. ſcan.* 76.

Carpinus. *Dod. pempt.* 841. *Cam. epit.* 71.

Oſtrya ulmo ſimilis, fructu in umbilicis foliaceis. *Bauh. pin.* 427.

Betulus. *Lob. ic.* 2. *p.* 190.

*Suecis* Afwenbők, *Gallis* Charme.

Ha-

Habitat *in* Scania *ſylveſtri frequens*; *in* Smolandia *paſſim*.

Uſus: *Cortex interior lanas luteo colore inficit. Act. ſtockh.* 1742. *p.* 26. *Ligni materies inter omnes noſtratum tenaciſſima, hinc pro axibus uſurpatur. in hortis pro ſepibus vivis arte topiaria confectis egregia arbor.*

## CORYLUS.

787. CORYLUS ſtipulis ovatis obtuſis. *Hort. cliff.* 448. *Roy. lugdb.* 81. *Hall. helv.* 159.

Corylus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 418.

Avellana nux ſylveſtris. *Fuchſ. hiſt.* 398.

*Suecis* Haſſel.

Habitat *in pratis & ſepibus*.

Pharmac. Coryli Lignum.

# *MONADELPHIA.*

## PINUS.

788. PINUS foliis geminis primordialibus ſolitariis glabris. *Hort. cliff.* 450. *Roy. lugdb.* 89.

Pinus ſylveſtris. *Bauh. pin.* 491. *Fl. lapp.* 346.

Pinus ſylveſtris vulgaris genevenſis. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 253.

Abies. *Till. ab.* 1.

β Pinus ſylveſtris major. *Frank. ſpec.* 35.

Pinus procerior, cortice rubro. *Lind. wiksb.* 28.

γ Pinus candidior, ramis craſſioribus. *Lind. wiksb.* 28.

Pinus vel Pinaſter ſylveſtris minor. *Frank. ſpec.* 35.

δ Pinus humilis, ramo & folio denſiore, cortice ſubfuſco. *Lind. wiksb.* 28.

ε Pinus pumila incubacea, obſcuro cortice. *Lind. wiksb.* 28.

Pinus humilis incubacea. *Frank. ſpec.* 35.

*Suecis* Tall. *Helſingis* Fåra. β. Fur. δ. Gårtall. ε. Martall.

Habitat *ubique in ſiccis, ut nulla frequentior arbor in Sueciæ incultis.*

Pharmac. Pini *Summitates* (*coni male*), *Reſina, Colophonium, Oleum, Pix, Picis Oleum.* ABI-

## ABIES.

789. ABIES foliis ſolitariis apice acuminatis. *Hort. cliff.* 449. *Roy. lugdb.* 89. *Fl. lapp.* 347. *Hall. helv.* 147.
Abies tenuiore folio, fructu deorſum inflexo. *Tournef. inſt.* 585.
Abies. *Dod. pempt.* 866. *Rudb. cat.* 1. *Vall.* 1. *hort.* 1.
Picea. *Cam. epit.* 47. *Frank. ſpec.* 35.
Picea major prima ſive Abies rubra. *Bauh. pin.* 493.
Pinus ſylveſtris major & minor. *Till. ab.* 53.
β Abies procera, ramis a caudice caulem proſequentibus, folio craſſiore, cortice ſubrubro. *Lind. wiksb.* 1.
γ Abies procera viminalis, ramis caudicem proſequentibus reflexis, folio tenero, cortice ſubrubro. *Lind. wiksb.* 1.
δ Abies candida elatior, ramis rarioribus, folio tenui, cortice ſubcinereo. *Lind. wiksb.* 1.
ε Abies pyramidalis, ramis ad caudicem crebris, fruteſcens. *Lind. wiksb.* 1.
*Suecis* Gran. β. Gårgran. γ. Hånggran; Tunbindaregran. δ. Myrgran. ε. Granbuſke.
Habitat *ubique in ſubhumidis, ut nulla frequentior arbor cum præcedente ſylvas conſtituat.*
Pharmac. ABIETIS *Reſina*, *Oleum templinum.*

# SYNGENESIA.

## BRYONIA.

790. BRYONIA foliis palmatis utrinque calloſe ſcabris. *Hort. cliff.* 453. *Roy. lugdb.* 264.
Bryonia alba, baccis nigris. *Bauh. pin.* 297.
Vitis alba. *Fuchſ. hiſt.* 94. *Cam. epit.* 987.
Habitat *in ſepibus* Scaniæ *campeſtris paſſim.*
Pharmac. BRYONIÆ *Radix*, *Baccæ*, *Semina*, *Extractum*, *Fæculæ*.
Obſ. *Rarius Dioica obſervatur, ſæpius & communiter apud nos androgyna eſt.*

Claſſis

*Claſſis XXII.*

# DIOECIA

## *MONANDRIA.*

### NAJAS.

791. NAJAS. *Hort. cliff.* 437. *Roy. lugdb.* 10.
Fluvialis anguſto longoque folio. *Vaill. act.* 1719. *p.* 17.
Fluvialis minor, foliis anguſtiſſimis denticulatis deorſum reflexis, fructu acuto tenuiore monoſpermo. *Mich. gen.* 11. *t.* 8. *f.* 3.
Fluvialis ſpecies folio anguſto ad margines denticulis ſpinoſis inciſo, Flagellum Chriſti dicta. *Raj. hiſt.* 121.
Potamogeton fluviatile ſargazo ſimile lucens, foliis margine dentatis. *Pluk. alm.* 304. *t.* 216. *f.* 4.
Habitat *in mari Baltico, ad littora* Roſlagiæ *lecta ab* O. Celſio.
*Hanc plantam cum Michelio ad monoeciam antea retuli. at Clariſſ. B.* Juſſiæi *frequentioribus obſervationibus nunc innixus, ad hanc claſſem amando noſtram Najaden.*

## *DIANDRIA.*

### SALIX.

792. SALIX foliis ſerratis glabris, floſculis pentandris. *Hort. cliff.* 454.
Salix pentandra. *Fl. lapp.* 370. *t.* 8. *f.* 3.
Salix folio laureo ſive lato glabro odorato. *Raj. hiſt.* 1420. *ſyn.* 3. *p.* 449.
β Salix foliis ſerratis glabris ovatis acutis ſubſeſſilibus. *Roy. lugdb.* 33. *n.* 2.
Salix foliis elliptico-lanceolatis utrinque glabris & rigentibus non auriculatis. *Hall. helv.* 152. *n.* 4.
*Uplandis* Jolſter. *Smolandis* Jälſter. *Nericiis* Hilſter. *Dalekarlis* Halſter.

Habitat *in humidiuſculis.*
Obſ. *Folia per ætatem magis quam reliquarum flaveſcunt; ſerraturæ apice exſudant gluten flavum, hinc recentia inter libros compreſſa totidem in pagina relinquunt flava puncta, quot ſerraturæ ſunt.* Flores pentandri *ſunt, hinc juli maxime flavi & denſi. Arbor.*

793. SALIX foliis ſerratis glabris lanceolatis crenis undatis. *Fl. lapp.* 358. *t.* 8. *f. D.*
Salix phylicæ humilioris folio. *Rudb. lapp.* 100.
β Salix foliis ſerratis glabris oblongo-ovatis. *Fl. lapp.* 350. *t.* 8. *f. C.*
Habitat *in pratis* Weſtrobothniæ & *ſylvis* Lapponiæ.
Obſ. *Folia glabra, ſerrata, ſerraturis remotis & ſinu ſeu ſpatio inter ſerraturas deorſum flexo ſive undato.* Arbor *tenera.*

794. SALIX foliis glabris acute ſerratis lanceolatis petiolatis, ſtipulis trapeziformibus. *Roy. lugdb.* 83. *n.* 3.
Salix foliis ſerratis glabris acuminatis appendiculatis. *Fl. lapp.* 349. γ.
Salix perſicæ folio auriculato. *Hall. helv.* 151. *n.* 2.
Salix folio amygdalino utrinque virente aurito. *Bauh. pin.* 43.
Salix, folio auriculato ſplendente, flexilis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 448. *n.* 9. *cantabr.* 144.
Salix purpurea nigra viminalis. *Dalech. hiſt.* 276.
Habitat *in humidis & ad ripas.*

795. SALIX foliis ſerratis glabris ovato-lanceolatis acuminatis (petiolis dentato-glandoloſis.) *Fl. lapp.* 349. *t.* 8. *f. B.*
Salix folio longo latoque ſplendente fragilis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 448. *n.* 8. *cant.* 143.
Habitat *ad ripas* Norlandiæ.

796. SALIX foliis ſerratis glabris ovatis utrinque acutis. *Fl. lapp.* 348. *t.* 7. *f. A. Hall. helv.* 152. *n.* 5.

Salix

Salix folio latiore ad imum & ſummum acuminato. *Rudb. lapp.* 100.
Habitat *in* Lapponia.

797. SALIX foliis ſerratis glabris ſubovatis ſeſſilibus appendiculatis. *Fl. lapp.* 354. *t.* 8. *f. G.*
Salix foliis glabris ovatis ſerratis, appendicibus latiſſimis. *Hall. helv.* 151.
Habitat *in* Lapponia & Weſtrobothnia.

798. SALIX foliis ſubſerratis glabris ſubdiaphanis ſubtus glaucis, caule ſuffruticoſo.
α Salix foliis ſerratis glabris verticaliter ovatis. *Fl. lapp.* 252. *t.* 8. *f. E.*
β Salix foliis ſerratis glabris lanceolatis utrinque acutis. *Fl. lapp.* 360. *t.* 8. *f. M.*
γ Salix foliis integris glabris ovatis confertis pellucidis. *Fl. lapp.* 356.
Salix alpina myrti folio. *Radb. lapp.* 99.
Habitat *in campis arenoſis ſubhumidis* Lapponiæ *ſylveſtris.*
Obſ. *Hæ tres α. β. γ. loco, facie & ſtatura conveniunt; omnibus folia valde tenuia & fere pellucida, ſubtus rore glauco tincta, capſulæ denique omnibus ſericeæ.*

799. SALIX foliis ſerratis glabris ovatis (venoſis.) *Fl. lapp.* 353. *t.* 7. *f. C.* & *t.* 8 *f. F.*
Salix myrtilli folio, ſpica craſſiſſima. *Hall. helv.* 153.
Salix alpina pumila myrſinites. *Pont. comp.* 149.
Salix alpina, foliis anguſtioribus ſplendentibus ſerratis. *Scheuch. alp.* 340.
Habitat *in alpibus* Lapponicis.

800. SALIX foliis ſerratis glabris orbiculatis. *Fl. lapp.* 355. *t.* 8. *f. N.* & *t.* 7. *f.* 3. 4. *Hall. helv.* 155. *n.* 14.
Salix alpina, betulæ nanæ folio glabro, repens. *Rudb. lapp.* 100.
Salix alpina lucida repens alni rotundæ folio. *Bocc. muſ.* 19. *t.* 11. *f. ult.* *Raj. app.* 12. *ſyn.* 3. *p.* 448.

Pyrola mariana, ſubrotundo alni folio glabro. *Pluk. phyt.* 436. *f.* 7.
Herba facie pyrolæ. *Mart. ſpitsb.* 47. *t. G. f. B.*
Habitat *ubique in alpibus* Lapponicis.
Obſ. *Inter omnes, quas novi arbores, hæc minima eſt.*

801. SALIX foliis integris glabris ovatis ſubtus reticulatis. *Fl. lapp.* 359. *t.* 8. *f. L.* & *t.* 7. *f.* 1. 2.
Salix pumila folio rotundo integerrimo, pilo gracili. *Hall. helv.* 154.
Salix pumila folio rotundo. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 12. *Scheuch. alp.* 43. 340. *Raj. hiſt.* 1423.
Habitat *frequentiſſima in alpibus* Lapponicis.
Obſ. *Hæc parum magnitudine præcedentem ſuperat.*

802. SALIX foliis integris: ſubtus tenuiſſime villoſis ovatis. *Fl. lapp.* 363. *t.* 7. *f.* 5. & *t.* 8. *f. P.*
Salix alpina humilis, vitis idææ folio: ſubtus incano. *Rudb. lapp.* 99.
Habitat *in alpibus* Lapponicis.
Obſ. Frutex *eſt bi-vel tripedalis.* Folia *ovata vel lanceolata ſubtus nervoſa, ſupra pilis raris adſperſa, ſubtus pilis albicantibus veſtita.* Caules *rubri.* ſpica maſcula *ovata, valde lanata, ut nullæ ſquamæ conſpiciantur.*

803. SALIX foliis integris ſubtus villoſis nitidis ovatis. *Fl. lapp.* 364. *t.* 8. *f. R.*
Salix alpina, myrti Tarentini folio. *Rudb. lapp.* 100.
Salix pumila, folio utrinque glabro. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 217.
Habitat *in paſcuis ſubhumidis.*
Obſ. Fruticulus *repens,* foliis *ovatis minimis, pilis ſubtus raris albo-ſericeis; folia ſupra & juli communiter nigreſcunt.*

804. SALIX foliis integris glabris ovatis alternis. *Fl. lapp.* 357. *t.* 8. *f. I. K.*
Habitat *in paſcuis depreſſis.*
Obſ. Fruticulus *facie vaccinii maximi* 312, folia *integerrima utrinque glabra & viridia.*

805.

805. SALIX foliis ſubſerratis oblongo-ovatis ſubtus ſubvilloſis, ſtipulis dimidiato-cordatis.
Salix foliis integris glabris lanceolato-ovatis. *Fl. lapp.* 358.
Salix folio ovali acuto ſerrato utrinque glabro ſubtus glauco. *Hall. helv.* 155.
Salix alpina pumila rotundifolia repens inferne ſubcinerea. *Bauh. pin.* 474. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 448. *Scheuch. alp.* 340.
Habitat *in nemoribus paſſim.*
Obſ. *Arbuſcula tenera, vel frutex magnus.* Folia *rudia, ovato-oblonga, ſubtus venoſa, ſupra viridia, ſubtus pilis inconditis ſubhiſpida obſoleti coloris, margine vix ſerrata.*
Uſus: *E ramis fruticis tenacis funes pro falcibus manubrio alligandis conficiunt Smolandi.*

806. SALIX foliis integerrimis ovatis acutis ſupra ſubvilloſis ſubtus tomentoſis.
Salix foliis integris ſubtus villoſis ovatis acutis. *Fl. lapp.* 362. *t.* 8. *f.* O. Q.
Salix foliis integris utrinque hirſutis lanceolatis. *Hall. helv.* 155. *t.* 5. *f.* 2.
Habitat *in paſcuis & ſylvis* Norlandiæ.

807. SALIX foliis integerrimis lanceolatis: ſubtus villoſis nitidis, ſtipulis ovatis acutis.
Salix foliis ovato-lanceolatis integerrimis, ramis decumbentibus, radice reptatrice. *Roy. lugdb.* 84. *n.* 16.
Salix pumila foliis ellipticis integerrimis ſubtus glaucis, ſpica rotundiore. *Hall. helv.* 153.
Habitat *in pratis & paſcuis paſſim.*
Obſ. Differt *hæc a præcedente, cui ſimilis in variis:*
illa foliis magis ovatis eſt; hæc vero magis lanceolatis.
illa ſupra vagis pilis adſperſis; hæc omnino glabris.
illa ſubtus albis tomentoſis; hæc ſubtus pilis contiguis albis.
illa minime nitentibus; hæc ſericeo-nitidis.
illa ramis rubris eſt; hæc vero albo-viridibus.

808. SALIX foliis integris hirſutis lanceolatis. *Fl. lapp.* 366. *t.* 8. *f.* T. *Hall helv.* 155. *n.* 21. *t.* 5.
Salix alpina humilis, ſurculis & petiolis cum folii parte averſa candidis. *Rudb. lapp.* 100.
Salix luſitanica, ſalviæ foliis auritis. *Tournef. inſt.* 592.
Habitat *ubique in alpibus.*
Obſ. *Hæc adeo affinis eſt ſalici* 806, *ut forte ſola varietas, a qua differt foliis ſupra magis villoſis, foliisque longioribus & undulatis.*

809. SALIX foliis integris utrinque lanatis ſubrotundis acutis. *Fl lapp.* 368. *t.* 8. *f.* X. & *t.* 7. *f.* 7.
Salix humilis latifolia erecta. *Baub. pin.* 474. *prodr.* 159. *Raj. hiſt.* 1426. *Hall. helv.* 154. *n.* 16.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *frequens.*

810. SALIX foliis integris utrinque villoſis obverſe ovatis appendiculatis. *Fl. lapp.* 369. *t.* 8. *f.* Y.
Salix folio rotundo minore. *Dill. giſſ.* 38. *app.* 37. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 450.
Habitat *in ſylvis* Norlandiæ.
Obſ. *Arbor tenuis, flexilis eſt.*

811. SALIX foliis ovatis rugoſis ſubtus tomentoſis margine undulatis ſuperne denticulatis. *Roy. lugdb.* 83. *n.* 6.
Salix foliis ſubcrenatis utrinque villoſis ovato-oblongis. *Fl. lapp.* 365. *t.* 8. *f.* 6.
Salix folio rugoſo obiter ſerrato ſubtus lanuginoſo, ſtulo craſſiſſimo. *Hall. helv.* 155. *n.* 17.
Salix latifolia rotunda. *Baub pin.* 474. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 449.
*Suecis* Sälg. *Scanis* Pſall. *Smolandis* Palm.
β Salix foliis integris ſubtus villoſis ovato-lanceolatis utrinque acutis. *Fl. lapp.* 361. *t.* 8. *f.* N.
Salix Elæagni ſive Oleæ bohemicæ folio. *Rudb. lapp.* 99.
Salix folio rotundo acuminato integerrimo ſubtus ſericeo. *Hall. helv.* 154.
γ Salix foliis oblongis ſubtus villoſis; inferioribus crenatis, ſuperioribus integris. *Fl. lapp.* 367. *t.* 8. *f.* U.

Salix,

Salix, oleæ ſylveſtris folio, alpina. *Rudb. lapp.* 99.
Habitat *α. in pratis & ſylvis. β. in* Norlandia. *γ. in* Norlandia & Lapponia.

812\. SALIX foliis lineari-lanceolatis acuminatis ſerratis utrinque pubeſcentibus: ſerraturis infimis glandulosis. *Hort. cliff.* 473.
Salix foliis elliptico-lanceolatis ſerratis ſubtus ſericeis, vimine fragili. *Hall. helv.* 152. *n.* 6.
Salix vulgaris alba arboreſcens. *Bauh. pin.* 473.
*Suecis* Pihl.
Habitat *ad fluvios, paludes, inque ſubhumidis.*
Pharmac. SALICIS *Folia, Aqua florum.*

813\. SALIX foliis ſubintegerrimis lanceolato-linearibus longiſſimis acutis ſubtus ſericeis, ramis virgatis.
Salix lento vimine & ſquama florali flavis, foliis elliptico-lanceolatis ſubtus ſericeis. *Hall. helv.* 152.
Salix ſativa lutea, folio crenato. *Bauh. pin.* 43.
Salix viminalis. *Schwench. ſileſ.* 187.
Salicis alterum genus. *Fuchſ. hiſt.* 338.
*Suecis* Korgpihl.
Habitat *ad pagos* Scaniæ, *aliunde forte allata; inter Helſingburgum & Fleninge reperit* J. Leche.

814\. SALIX foliis integerrimis utrinque ſubpiloſis lanceolatis, caule repente.
Habitat *in paludibus turfoſis paroeciæ* Börſtel *inter templum & Skogs-ången.*
Deſcr. Radix *caule longior craſſiorque.* Caulis *ſæpe pollicis transverſi longitudine, pallidus, lævis, ramulis rubellis.* Folia *alterna, lanceolata, ſubpetiolata, longitudine caulis, rigidiuſcula, utrinque glabra vel pilis minimis tenuiſſimis nitidis, utrinque acuta, ſupra ſaturate viridia, ſubtus albo-glauca.*
*Adeoque hæc* inter omnes minima eſt, & *quidem vix major quam Salix* 806.

# *TETRANDRIA.*

## HIPPOPHAË.

815. HIPPOPHAË. *Fl. lapp.* 372. *Hort. cliff.* 454. *Roy. lugdb.* 207.

Rhamnoides florifera, ſaliſalicis folio. *Tourneſ. cor.* 53.

Rhamnoides fructifera, ſalicis folio. *Tourneſ. cor.* 53.
Rhamnus ſalicis folio anguſtiore, fructu flaveſcente. *Bauh. pin.* 755.
Rhamni ſpecies. *Cam. epit.* 81.

*Roſlagis* Haſtorn. *Oſtrobothnienſibus* Hafstörne. *Alandis* Finnbär.

Habitat *ad littora maris Baltici, præſertim in* Alandia & Roſlagia.

## VISCUM.

816. VISCUM. *Hort. cliff.* 441. *Roy. lugdb.* 400. *Hall. helv.* 162.

Viſcum Mas.

Viſcum. *Cam. epit.* 555. *Dod. pempt.* 740.
Viſcum baccis albis. *Bauh. pin.* 423.

*Suecis* Miſtel.

Habitat *in arboribus frutex paraſiticus circa* Aroſiam *paſſim*; *in* Scania *prope Chriſtianſtad*; *in* Smolandia *Sunnerboënſi paroeciæ Wittaryd.*

Pharmac. Visci *aucupar. Corylin. quercinæ*; *Tiliæ.*

## MYRICA.

817. MYRICA foliis lanceolatis, fructu ſicco. *Fl. lapp.* 373. *Hort. cliff.* 455. *Roy. lugdb.* 527.

Gale florifera. *Vaill. pariſ.* 77.
Chamæleagnus. *Dod. pempt. app.*

Myrica ſeptentrionalium pumila paluſtris. *Frank. ſpec.* 34. *Till. ab.* 46.
Gale fructifera. *Vaill. pariſ.* 77.

Ga-

Gale frutex odoratus ſeptentrionalium. *Tournef. act.* 1706. *Dill. gen.* 154.
Rhus myrtifolia belgica. *Bauh. pin.* 414.
Thee europæum ſive noſtras. *Paull. monogr.*
Myrtus paluſtris ſ. Gagel. *Rudb. cat.* 29. *hort.* 77.
Lupulus ſalictarius. *Lind. wiksb.* 22.

*Suecis* Pors.

Habitat *in paludibus paſſim copioſe, præſertim in borealibus provinciis.*

Pharmac. Myrti brabanticæ *Folia.*

* Urtica *hujus loci eſt, quam* 774 *vide.*

# *PENTANDRIA.*

## HUMULUS.

818. HUMULUS. *Hort. cliff.* 458.

| | |
|---|---|
| | Humulus. *Dorſt. bot.* 152. |
| Lupulus mas. *Raj. hiſt.* 156. | Lupulus fæmina. *Raj. hiſt.* 156. |
| Lupulus fæmina. *Bauh. pin.* 298. *Cam. epit.* 954. | Lupulus mas. *Bauh. pin.* 298. Lupulus ſalictarius. *Fuchſ. hiſt.* 124. |
| *Suecis* Gall-Humble. *Gotlandis* Fuk-Humble. | *Suecis* Humble. |

Habitat *in denſiſſimis ſylvis abietinis & maritimis inter Bioerneburgum & Chriſtianiam in* Oſtrobothnia, *nec non in ſepibus* Smolandiæ *&* Scaniæ *rarius; in inſulis maritimis* Roſlagiæ *& (Wærbarna)* Bahuſianis. *in inſula Måleri* Fiåſſa *infra prædium Kruſenberg.*

Pharmac. Lupuli *Juli.*

# OCTANDRIA.

## POPULUS.

819. POPULUS foliis ſubrotundis dentato-angulatis utrinque glabris. *Hort. cliff.* 460. *Roy. lugdb.* 82. *Hall. helv.* 156.

Populus foliis orbiculatis crenatis. *Fl. lapp. p.* 300.

Mas.

Populus tremula. *Bauh. pin.* 429.
Populus Lybica. *Dod. pempt.* 836.
Populus Lybica, Cercis theophraſti. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 160.

*Suecis* Aſp. *Lappis* Supp.
Habitat *frequens in umbroſis ſucculentis.*

820. POPULUS foliis ſubrotundis dentato-angulatis: ſubtus tomentoſis. *Hort. cliff.* 460. *Roy. lugdb.* 82. *Hall. helv.* 156.

Mas.

Populus alba. *Dod. pempt.* 835. *Brom. goth.* 89.
Populus alba, majoribus foliis. *Bauh. pin.* 429.
Populus alba Leuce. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 160.

*Suecis* Poppeltråd.
Habitat *non ubique, ſed circa Parthele* Gothoburgi *copioſe, ac unica in platea publica non procul a civitatis porta nova; hinc priſcis temporibus aliunde allatam & transplantatam exiſtimat Brom. goth.* 89.

821. POPULUS foliis deltoidibus acuminatis ſerratis. *Hort. cliff.* 460. *Roy. lugdb.* 82. *Hall. helv.* 156. *Gron. virg.* 194.

Populus nigra, quæ flores non fructum fert. *Cæſ. hiſt.* 120.

Populus nigra. *Bauh. pin.* 429. *Dod. pempt.* 836.
Populus nigra ſive Ægeros. *Bauh. hiſt.* 1. *p.* 155.

*Suecis* Flugtråd.

Ha-

Habitat *paſſim ad prædia Nobilium in* Scania *& alibi, forte per culturam, licet clima nunc ferat.*
Pharmac. Populi *Oculi, Unguentum.*

# *ENNEANDRIA.*

## HYDROCHARIS.

822. HYDROCHARIS. *Hort. cliff.* 460. *Roy. lugdb.* 10. *Hall. helv.* 301.

Ranæ morſus *altera icon. Dod. pempt.* 583. *f.* 2.

Microleuconymphæa. *Boerh. lugdb.* 1. *p.* 282.
Nymphæa alba minima. *Bauh. pin.* 193.
Ranæ morſus. *Dod. pempt.* 583. *f.* 1.
Morſus ranæ foliis circinatis, floribus albis. *Tournef. act.* 1705. *p.* 311. *Dill. gen.* 149.
Stratiotes foliis aloes, ſemine rotundo. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 290.

Habitat *in foſſis, fluviis & aquis pigrioribus* Uplandiæ, Dalekarliæ, Scaniæ.

## MERCURIALIS.

823. MERCURIALIS caule ſimpliciſſimo, foliis ſcabris. *Hort. cliff.* 461. *Roy. lugdb.* 203. *Hall. helv.* 195.

Mercurialis montana ſpicata. *Bauh. pin.* 122.
Cynocrambe fæmina ſive Mercurialis repens. *Bauh. hiſt.* 2. *p.* 978. *f. ſuperior.*
Cynocrambe fæmina. *Cam. epit.* 999.
*Suecis* Bingel.

Mercurialis montana teſticulata. *Bauh. pin.* 122.
Cynocrambe mas ſive Mercurialis repens. *Bauh. hiſt.* 2. *f.* 978. *f. inferior.*
Cynocrambe mas. *Cam. epit.* 999.

Ha-

Habitat *in nemoribus* Oelandiæ, Gotlandiæ, Scaniæ, Weſtrogothiæ, Sudermanniæ & Mäleri *inſulis.*

Uſus: *Deleteria homini; noxia ovibus; bobus dyſenterias cauſſans in Lindön Mäleri prope Aroſiam. Minime hæc officinalis eſt.*

# *MONADELPHIA.*

## JUNIPERUS.

824. JUNIPERUS foliis ſeſſilibus patentibus. *Roy. lugdb.* 89. *Hort. cliff.* 464. *Hall. helv.* 146.

Juniperus foliis undique prominentibus pungentibus. *Fl. lapp.* 376.

| | |
|---|---|
| α Juniperus florifera. *Vaill. pariſ.* 111. Juniperus minima paluſtris ſterilis. *Brom. goth.* 51. | α Juniperus vulgaris fruticoſa. *Bauh. pin.* 488. Juniperus baccifera. *Tabern. hiſt.* 3. *p.* 40. |
| β Juniperus vulgaris arboreſcens ſterilis ſive amentacea. *Pont. anth.* 223. | β Juniperus vulgaris arbor. *Bauh. pin.* 488. *t.* Juniperus vulgaris arboreſcens fructifera. *Pont. anth.* 221. |
| γ Juniperus montana, latiore folio, ſterilis. *Pont. anth.* 223. | γ Juniperus minor montana, folio latiore, fructu longiore. *Bauh. pin.* 489. Juniperus alpina. *Cluſ. hiſt.* 1. *p.* 38. |
| δ Juniperus alpina Suecica ſive Polonica in viretis Belgicis frequens. *Pluk. alm.* 201. | |
| ε Juniperus (prædicta) meta in faſtigium convoluta. | |

*Suecis* En, Enbuſke, Enebärsträd.

Habitat *ubique in ſylvis, in aliis provinciis magis fruticat*

*ticat α, vixque unquam arboreſcit; in aliis vero communiter fruticat β. Alpina γ diverſa non eſt ſpecies γ communiter in* Gotlandia *auſtrali occurrit. δ. autem ſingularis varietas, quæ ad furnos ferrarios & lateritios nec non fodinas paſſim occurrit. ε omnino in Cupreſſi formam enata.*

Pharmac. JUNIPERI *Baccæ, Rob, Cineres, Spiritus, Oleum Ligni, Oleum baccarum, Sandaracæ Gummi.*

## TAXUS.

825. TAXUS. *Hort. cliff.* 464. *Roy. lugdb.* 87. *Hall. helv.* 146.

Taxus vulgo Naſſus floſculos amentaceos ferens. *Cæſalp. ſyſt.* 134.

Taxus. *Bauh. pin.* 505. *Dod. pempt.* 859. *Cam. epit.* 840.

*Suecis* Id. *Weſtrogothis* & *Babuſienſibus* Barrlind.

Habitat *in* Gotlandia & Oelandia *rara; in maritimis* Uplandiæ, Oſtrogothiæ, Smolandiæ, Scaniæ, Bahuſiæ.

## *Claſſis* XXIII.

# POLYGAMIA *MONOECIA.*

## ATRIPLEX

826. ATRIPLEX caule herbaceo, foliis deltoideo-lanceolatis obtuſe dentatis: ſubtus farinaceis. *Hort. cliff.* 469.

Atriplex maritima laciniata. *Bauh. pin.* 120.

Atriplex marina. *Dod. pempt.* 615.

Habitat *in maritimis littoribus* Scaniæ & *alibi.*

827. ATRIPLEX caule herbaceo, valvulis fæmineis magnis deltoidibus ſinuatis.

Atriplex ſylveſtris folio haſtato ſive deltoide. *Moriſ. bleſ.* 237. *Raj. hiſt.* 192.

Atri-

Atriplex ſylveſtris annua, folio deltoide triangulari ſinuato & mucronato, haſtæ cuſpidi ſimili. *Moriſ. hiſt. 2. p. 607. ſ. 5. t. 32. f. 14.*
Habitat *in* Scania *&* Oelandia.

828. ATRIPLEX caule herbaceo, valvulis fœmineis ſeminum diſco dentatis.
Atriplex caule herbaceo, foliis ſuperioribus lanceolatis integerrimis. *Hort. cliff. 469. Roy. lugdb. 218.*
Atriplex anguſto oblongo folio. *Bauh. pin. 119.*
Atriplex ſylveſtris polygoni aut helxines foliis. *Lob. ic. 257.*
β Atriplex anguſtiſſimo & longiſſimo folio. *Tournef. inſt. 505.*
Habitat *ubique in cultis, ruderatis, agris, at β in littoribus maritimis* Oelandiæ, Scaniæ, Bahuſiæ.

829. ATRIPLEX caule fruticoſo, foliis obverſe ovatis.
Atriplex maritima fruticoſa, Halimus ſ. Portulaca marina dicta anguſtifolia. *Raj. ſyn. 3. p. 153.*
Halimus ſive Portulaca marina. *Bauh. pin. 120.*
Portulaca marina. *Dod. pempt. 771.*
Habitat *in* Scaniæ *littoribus in inſula Hwen & Helſingburgi.* J. Leche.

# *DIOECIA.*

## FRAXINUS.

830. FRAXINUS floribus nudis. *Hort. cliff. 469. Roy. lugdb. 396.*

Fraxinus excelſior. *Bauh. pin. 416.*
Fraxinus. *Dod. pempt. 833.*

Fraxinus excelſior frugifera fœmina. *Boerh. lugdb. 2. p. 171.*

*Suecis* Aſk.
Habitat *in ſepibus, juxta agros, paſſim.*
Pharmac. FRAXINI *Lignum, Cortex, Folia, Semina, Sal.*

RHO-

## RHODIOLA.

831. RHODIOLA. *Fl. lapp.* 378. *Hort. cliff.* 470. *Roy. lugdb.* 457.

Rhodiola hermaphrodito-maſcula. *Fl. lapp.* 378.

Rhodia radix. *Bauh. pin.* 286. *Cluſ. hiſt.* 2. *p* 65.

Anacampſeros radice roſam ſpirante major & minor. *Tournef. inſt.* 264.

Rhodiola fæmina. *Fl. lapp.* 378.

Rhodia radix. *Raj. hiſt.* 690.

Roſea rivini & officinarum. *Rupp. jen.* 72.

Habitat *in alpibus* Lapponicis *paſſim frequens.*

Pharmac. RHODIÆ *Radix.*

Obſ. *Aut Cotyledon, Craſſula, Sempervivum, Tillæa & hæc Sedis aſſocianda, aut totidem diſtincta tenenda genera.*

# *POLYOECIA.*

## EMPETRUM.

832. EMPETRUM procumbens. *Hort. cliff.* 470. *Roy. lugdb.* 206. *Hall. helv.* 162.

Empetrum hermaphroditum, Androgynum, Mas, Fæmina. *Fl. lapp.* 379.

Empetrum montanum, fructu nigro *Tournef. inſt.* 579.

Erica baccifera procumbens nigra. *Bauh. pin.* 436.

Erica baccifera. *Cluſ. pan.* 29.

Camarinna ſeptentrionalium ſupina. *Pet. muſ.* 72.

Chamætaxus. *Sheff. lapp.* 359.

*Suecis* Kräk-ris.

Habitat *locis ſteriliſſimis frigidiſſimis frequens.*

*Claſſis XXIV.*

# CRYPTOGAMIA.

# *FILICES.*

## EQUISETUM.

833. EQUISETUM ſcapo fructificante nudo, caule ſterili, ramis compoſitis.
Equiſetum arvenſe. *Fl. lapp.* 390. *Hort. cliff.* 471. *Gron. virg.* 123.
Equiſetum arvenſe, longioribus ſetis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 247.
Equiſetum minus. *Fuchſ. hiſt.* 323.
*Suecis* Råfrumpa.
Habitat *ubique in pratis, arvis, agris.*
Pharmac. EQUISETI *Herba.*

834. EQUISETUM caule ſpicato, ramis compoſitis.
Equiſetum ſetis ramoſis internodio multoties longioribus. *Roy. lugdb.* 496.
Equiſetum ſylvaticum. *Tabern. hiſt.* 562.* *Fl. lapp.* 391.
Equiſetum ſylvaticum tenuiſſimis ſetis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 145. * *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 124. *f.* 9.
Habitat *in ſylvis deſertis.*

835. EQUISETUM ſetis ſimplicibus internodia vix ſuperantibus. *Roy. lugdb.* 496.
Equiſetum paluſtre. *Fl. lapp.* 392.
Equiſetum paluſtre, brevioribus ſetis. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 242. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 122. *f.* 3.
β Equiſetum paluſtre minus polyſtachyon. *Bauh. pin.* 16. *theatr.* 245. *prodr.* 24. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 131. *t.* 5. *f.* 3.
Habitat *locis aquoſis ubique.*

836. EQUISETUM caule non ſulcato latiſſimo, verticillis denſiſſimis. *Hall. helv.* 144.

Equi-

Equiſetum fluviatile. *Fl. lapp.* 393.
Equiſetum paluſtre longioribus ſetis. *Bauh. pin.* 15. *theatr.* 242. *Rudb. elyſ.* 1. *p.* 122. *f.* 2.
*Suecis* Fraken. *Smolandis* Roxne. *Lappis* Âſke.
Habitat *ad ripas fluviorum & lacuum.*

837. EQUISETUM caule nudo lævi.
Equiſetum nudum lævius noſtras. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 131. *t.* 5. *f.* 2.
Habitat *in paludibus vaſtis ſylvaticis.*

838. EQUISETUM caule nudo ſcabro baſi ſubramoſo.
Equiſetum ſcapo nudo ſimpliciſſimo. *Roy. lugdb.* 496. *Gron. virg.* 196.
Equiſetum foliis nudum ramoſum. *Bauh. pin.* 16.
Equiſetum nudum minus variegatum baſileenſe. *Bauh. pin.* 16. *prodr.* 25. *theatr.* 230.
Equiſetum. *Cam. epit.* 770. *f. A.*
*Suecis* Skäfte. *Oſtrogothis* Skurgrâs.
Habitat *in ſylvis uliginoſis aſperis paſſim.*

## OPHIOGLOSSUM.

839. OPHIOGLOSSUM fronde ovata.
Ophiogloſſum folio ovato, ſpica diſticha. *Hort. cliff.* 472.
Ophiogloſſum vulgatum. *Bauh. pin.* 354. *Plum. fil.* 36. *t. B. f.* 5.
Ophiogloſſum ſive Enneaphyllum. *Lob. hiſt.* 471.
*Gotlandis* Läketunga.
Habitat *in pratis ſylvaticis ſubhumidis minus frequens.*

## OSMUNDA.

840. OSMUNDA ſcapo paniculato polyphyllo.
Oſmunda frondibus caulinis ſimpliciter pinnatis, pinnis lanceolatis. *Hort. cliff.* 472.
Oſmunda regalis ſive Filix florida. *Plum. fil.* 35. *t. B. f.* 4.
Oſmunda vulgaris & paluſtris. *Tournef. inſt.* 547.
Filix ramoſa non dentata florida. *Bauh. pin.* 357.
Filix paluſtris. *Dod. pempt.* 463.

Habitat *in monte Billingen* Weſtrogothiæ; *Malmborg. in* Scania *ad Lillö.* J. Leche.

841. OSMUNDA frondibus pinnatis: foliolis ſemipinnatifidis, ſcapo nudo diſticho.
Filicaſtrum ſeptentrionale & paluſtre. *Amm. rhut.* 175.
Strutiofera. *Munt. phyt.* 292.
Struthiopteris. *Thal. herc.* 119.
Lonchitis norwegica major. *Raj. app.* 68.
Filix paluſtris altera, fuſco pulvere hirſuta. *Bauh. pin.* 358.
Habitat *juxta viam publicam a dextris ad pontem & rivulum eundo Mariæſtadio* Scaram. *J. Leche. In prædio Cronſtedtiano Giäddeholm prope* Aroſiam *juxta furnum lateribus conficiendis exſtructum, inque inſula adjacenti.* Nos. *ad Simonstorp* Scaniæ. *J. Leche.*

842. OSMUNDA ſcapo caulino unico, fronde pinnata ſolitaria.
Oſmunda fronde pinnata caulina, pinnis lunulatis. *Hort. cliff.* 472.
Oſmunda folio pinnatifido: pinnis lunulatis. *Fl. lapp.* 389.
Oſmunda foliis lunatis. *Tournef. inſt.* 547.
Lunaria racemoſa minor & vulgaris. *Bauh. pin.* 354.
Lunaria minor. *Cam. epit.* 643.
Lunaria. *Till. ic.* 4.
β Lunaria minor, rutaceo folio. *Bauh. pin.* 355.
Lunaria racemoſa minor, adianthi folio. *Breyn. cent.* 183. *t.* 93.
γ Lunaria racemoſa minor, matricariæ folio. *Breyn. cent.* 184. *t.* 94.
δ Filicula ſive Adiantum foliis inferioribus coriandri cæteris rutæ murariæ vel fumariæ. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 585. *ſ.* 14. *t.* 5. *f.* 26.
Habitat *in pratis & paſcuis apricis ſiccioribus paſſim. at δ in* Helſingia *lecta ab* Abr. Beck.

## P T E R I S.

843. PTERIS fronde ſupra decompoſita, foliolis pinnatis,

tis: pinnis lanceolatis: infimis pinnatifidis, ſuperioribus minoribus. *Hort. cliff.* 473.

Thelypteris dioſcoridis. *Rupp. jen.* 322.

Filix ramoſa major, pinnulis obtuſis non dentatis. *Baub. pi.* 357.

Filix fæmina. *Fuchſ. hiſt.* 596. *Cam. epit.* 992.

Filix. *Till. ic.* 78.

*Suecis* Ormbuncke. *Smolandis* Bråken. *Helſingis* Ormris.

Habitat *in ſylvis præuſtis exaridis frequens.*

844. PTERIS fronde pinnatifida lanceolata, laciniis parallelis integerrimis.

Pteris fronde pinnata, foliolis linearibus parallelis. *Roy. lugdb.* 497.

Strutiopteris. *Hall. helv.* 132.

Polypodium anguſtifolium, folio vario. *Tournef. inſt.* 540.

Lonchitis minor. *Baub. pin.* 359.

Lonchitis aſpera minor. *Cam. epit.* 665.

Spicant tragi & germanorum. *Rupp. jen.* 279.

Habitat *in* Scania *ad Simonstorp.* J. Leche.

Obſ. *Folia diſtincta gerit a foliis fructiferis, quæ priora multo latiora ſunt.*

## POLYPODIUM.

845. POLYPODIUM fronde pinnata, pinnis lanceolatis indiviſis ſerrulatis alternis connato-ſeſſilibus. *Hort. cliff.* 475.

Polypodium pinnatum, pinnis lanceolatis integris. *Fl. lapp.* 380.

Polypodium vulgare. *Baub. pin.* 359. *Plum. fil.* 27. *t. A. f.* 2.

Polypodium. *Rudb. hort.* 91. *Till. ab.* 54. *ic.* 79. majus. *Dod. pempt.* 464.

*Suecis* Stenſöta.

Habitat *in rimis petrarum frequens.*

Pharmac. Polypodii *Radix.*

846. POLYPODIUM fronde duplicato-pinnata, foliolis

 obtu-

obtuſis crenulatis, petiolo ſtrigoſo. *Hort. cliff.* 475. *Roy. lugdb.* 499. *Hall. helv.* 139.

Filix mas non ramoſa dentata. *Bauh. pin.* 358.

Filix mas. *Fuchſ. hiſt.* 594. *Rudb. hort.* 43. *Till. ab.* 28.

Filix mas, pinnulis criſtatis. *Vaill. pariſ.* 53. *t.* 9. *f.* 2.

*Smolandis* Träjon.

Habitat *paſſim in ſylvis juxta vias & lapides.*

Pharmac. FILICIS *Radix.*

847. POLYPODIUM fronde duplicato-pinnata: pinnulis lanceolatis acutis pinnatifidis. *Fl. lapp.* 386. *Roy. lugdb.* 499. *Hall. helv.* 140. *n.* 7.

Filix mas non ramoſa, pinnulis anguſtis rarioribus profunde dentatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 579. *ſ.* 4. *t.* 3. *f.* 8. *Pluk. phyt.* 130. *f.* 4. *Raj. hiſt.* 144. *ſyn.* 3. *p.* 121.

Filix petræa fæmina 1. *Tabern. ic.* 793.

Habitat *cum priore rarius.*

848. POLYPODIUM fronde duplicato-pinnata: pinnulis obtuſis coadunatis crenatis.

Polypodium ramorum pinnis obtuſis ellipticis, crenis imis pinnarum bifidis. *Hall. helv.* 139.

Filix non ramoſa major, pinnis latiuſculis longioribus in profundos denticuols diviſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 11.

Filix fontana, latiori folio, ad imum ſolummodo ramoſa. *Pluk. alm.* 150. *t.* 180. *f.* 6.

Filix non ramoſa latifolia dentata. *Tourneſ. inſt.* 536.

Habitat *in ſylvis ſæpe uliginoſis.*

Obſ. *Differt ultima* (848.) *ab antepenultima* (846,) *pinnulis coadunatis; penultima* (847) *vero ab antepenultima* (846) *pinnulis acuminatis remotis pinnatifidis.*

849. POLYPODIUM fronde duplicato-pinnata, pinnis remotis, foliolis ſubrotundis inciſis. *Fl. lapp.* 384. *Roy. lugdb.* 500.

Filix ſaxatilis, cauliculo tenui fragili. *Pluk. phyt.* 180. *f.* 5.

Filix pumila ſaxatilis 2. *Cluſ. pan.* 706.

Habitat *ubique in aridis lapidoſis.*

850.

850. POLYPODIUM fronde duplicato-pinnata, pinnulis coadunatis obtuſis ſubtus hiſpidis.

Polypodium duplicato-pinnatum, pinnulis obtuſis remotis ſubtus villoſum. *Fl. lapp.* 383.

Filicula alpina tenerior, alis latiuſculis brevioribus integris profunde dentatis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 576. *ſ.* 14. *t.* 3. *f.* 23.

Filix arborea. *Pluk. phyt.* 179. *f.* 4.

Lonchitis aſpera Ilvenſis. *Dalech. hiſt.* 1221. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 749.

Habitat *in rimis petrarum altiſſimis & præruptis paſſim.*

851. POLYPODIUM fronde pinnata, foliolis pinnatifidis; infimis reflexis; paribus pinnula quadrangulari connexis. *Hort. cliff.* 475.

Polypodium pinnatum, pinnis lanceolatis pinnatifidis integris, inferioribus nutantibus. *Fl. lapp.* 367. *Hall. helv.* 138.

Filix minor britannica, pediculo pallidiore, alis inferioribus deorſum ſpectantibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 575. *ſ.* 14. *t.* 4. *f.* 17.

Filix virginiana non ramoſa, foliis planis &c. *Pluk. alm.* 151. *t.* 284. *f.* 2. *

Filix non ramoſa minor & ſylveſtris. *Petit. epiſt.* 3. *p.* 50. *t.* 50.

Habitat *in ſylvis paſſim.*

852. POLYPODIUM fronde ſupradecompoſita, foliis ternis duplicato-pinnatis.

Polypodium trifidum, ramis pinnatis, pinnis pinnatifidis. *Fl. lapp.* 387.

Dryopteris. *Dill. giſſ.* 103.

Filix ramoſa minor, pinnulis dentatis. *Bauh. pin.* 358.

Filix pumila ſaxatilis. *Cluſ. hiſt.* 2. *p.* 212.

Habitat *paſſim in ſylvis & nemoribus.*

## ASPLENIUM.

853. ASPLENIUM frondibus linearibus integris baſi cordatis inflexis; petiolis hirſutis. *Hort. cliff.*

 474.

474. *Roy. lugdb.* 498. *Hall. helv.* 134. *Lech. ſcan.* 88.

Hemiónitis. *Fuchſ. hiſt.* 121.

Phyllitis. *Cam. epit.* 579. *Dod. pempt.* 567.

Lingua cervina officinarum. *Baub. pin.* 353. *Plum. fil.* 34. *t. A. f.* 4.

Habitat *in* Scania *ad Oefwidskloſter.* J. Lecke.

Pharmac. Scolopendrii *Herba.*

854. ASPLENIUM fronde pinnata, foliolis ſubrotundis crenatis. *Fl. lapp.* 388. *Hort. cliff.* 474. *Roy. lugdb.* 498. *Hall. helv.* 135.

Trichomanes ſive Polytrichum officinarum. *Baub. pin.* 356. *Plum. fil.* 26. *t.* 5. *f.* 1.

Trichomanes. *Fuchſ. hiſt.* 796. *Cam. epit.* 925. *Till. ic.* 77.

Habitat *in rimis petrarum frequens.*

Pharmac. Adianthi rubri *Herba.*

855. ASPLENIUM frondibus alternatim decompoſitis, foliolis cuneiformibus crenulatis. *Roy. lugdb.* 498. *Act. ſtockh.* 1741. *p.* 209.

Aſplenium ramis duplicato-ramoſis, pinnis ſerratis & longe diſpoſitis. *Hall. helv.* 137.

Ruta muraria. *Baub. pin.* 356.

Paronychia. *Cam. epit.* 785.

Habitat *in rimis petrarum* Stockholmiæ; *in* Gotlandiæ *monte Thorsburg*; *in* Scania, *&* Bahuſia.

## ACROSTICUM.

856. ACROSTICUM fronde lineari-laciniata. *Fl. lapp.* 380. *Roy. lugdb.* 501. *Hall. helv.* 134.

Acroſticum parvum ſeptentrionale. *Pet. muſ.* 742.

Filicula ſaxatilis corniculata. *Tournef. inſt.* 542.

Filix ſaxatilis corniculata. *Baub. pin.* 358.

Habitat *in rimis petrarum frequens.*

# *MUSCI.*

## LYCOPODIUM.

857. LYCOPODIUM caule erecto dichotomo. *Fl. lapp.* 420. *Hort. cliff.* 476. *Roy. lugdb.* 506.

Sela-

Selago vulgaris abietis rubræ facie. *Dill. muſc.* 435. *t.* 56. *f.* 1.
Selago foliis & facie abietis. *Rupp. jen.* 282. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 166. *Hall. helv.* 94.
Muſcus erectus ramoſus ſaturate viridis. *Bauh. pin.* 360.
Muſcus erectus abietiformis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 5. *t.* 5. *f.* 9.
Muſci terreſtris ſpecies altera. *Scheuch. alp.* 44. *t.* 6. *f.* 2.
*Uplandis* Lusgräs. *Smolandis* Lumick.
Habitat *in ſylvis aceroſis antiquis muſcoſis minus frequens.*
Pharmac. MUSCI ERECTI *Herba.*

858. LYCOPODIUM caule erecto, ſpica glabra terminatrice. *Fl. lapp.* 419. *Hall. helv.* 93.
Lycopodium elatius juniperinum, clavis ſingularibus ſine pediculis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 107. *Dill. muſc.* 455. *t.* 65. *f.* 9. *Celſ. upſ.* 32.
Muſcus clavatus, juniperinis foliis reflexis, clavis ſingularibus ſine pediculis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 3.
Muſcus terreſtris repens, clavis ſingularibus folioſis erectis. *Pluk. alm.* 248. *t.* 258. *f.* 5.
Habitat *in ſylvis umbroſis denſis rarius.*

859. LYCOPODIUM caule repente, foliis patulis, pedunculis ſpica gemina terminatis. *Fl. lapp.* 418. *Hort. cliff.* 476. *Roy. lugdb.* 506. *Hall. helv.* 92.
Lycopodium vulgare piloſum anfragoſum & repens. *Dill. muſc.* 441. *t.* 58. *f.* 1.
Muſcus terreſtris clavatus. *Bauh. pin.* 360.
Muſcus clavatus. *Till. ic.* 143.
*Uplandis* Mattegräs. *Smolandis* Kalfwerefwor.
Habitat *in ſylvis umbroſis.*
Pharmac. MUSCI CLAVATI *Herba.* LYCOPODII *Semina.*

860. LYCOPODIUM caule repente, ramis triquetroplanis. *Fl. lapp.* 416.

Lycopodium digitatum, foliis arboris vitæ, ſpicis bigemellis teretibus. *Dill. muſc.* 448. *t.* 59. *f.* 3.
Sabina ſylveſtris. *Till. ic.* 69.
Muſcus pulcher parvus repens. *Bauh. hiſt.* 3. *p.* 757.
*Norlandis & Smolandis* Jåmna.
Habitat *in ſylvis ſteriliſſimis paſſim per Sueciam.*
Obſ. *Mirum plantam apud nos tritiſſimam adeo raram & obſcuram eſſe apud exteros, ut vix de ſynonymo conſtat certo. Quod* J. Bauhinus *noſtram intellexerit plantam dubium non eſt. Synonymon* Dillenii, *licet ex Americana planta, omnino videtur ad noſtram pertinere; folia & habitus eadem omnino, licet in noſtris vulgaribus ſpeciminibus foliorum ſurculi ſive rami ſteriles vix toties bifurcati & ſcapi vix plures quam duas ſpicas producant.*
Uſus: *Ubi copioſe occurrit, præſertim in Smolandia, Ruſticæ cum hac lanas colore flavo tingunt. Act. ſtock.* 1742. *p.* 26.

861 LYCOPODIUM caule repente, ramis tetragonis. *Fl. lapp.* 417. *t.* 91. *f.* 6. *Hort. cliff.* 476. *Roy. lugdb.* 506. *Hall. helv.* 93.
Lycopodium ſabinæ facie. *Dill. muſc. t.* 58. *f.* 2.
Muſcus clavatus, foliis cupreſſi. *Raj. hiſt.* 121.
Habitat *in alpibus* Lapponicis *paſſim, nec unquam extra eas apud nos viſum eſt.*
Obſ. *Omnia ſynonyma* muſci clavati foliis cupreſſi C. B. *ad præcedentem plantam antea amandavimus, nec aliter hodie ſentimus; at Cel.* Dillenius *hæc ſynonyma ad præſentem plantam refert, quam dubito unquam dari extra alpes, proin nec ad Germanorum ſpeciem pertinere crederem; figuræ Auctorum oſtendunt plantam, cui rami partiales e lateribus erectorum exeunt, uti in præcedente, cum in hac e caule repente per dichotomiam exeant, abſque fundamentali erecto cauliculo. Spicas pingit Celeb. Dillenius ſeſſiles ab initio, tractu temporis pedunculatas: Nos non aliam legimus in alpibus quam ſpicis ſeſſilibus, eandem tamen menſe Auguſto de-*

*decerpſimus, quo tempore hyems inſtabat. Dubium hoc noſtrum enodent Botanici in Germania, qui plantas Auctorum adire poſſunt.*

862 LYCOPODIUM caule repente, ſpicis ſolitariis ſeſſilibus folioſis, foliolis lævibus.

Lycopodium paluſtre repens, clava ſingulari. *Vaill. pariſ.* 123. *t.* 16. *f.* 11. *Dill. muſc.* 452. *t.* 62. *f.* 7.

Muſcus terreſtris repens, clavis ſingularibus folioſis erectis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 108. *hiſt.* 121.

Habitat *ad littora lacus Möcklen* Smolandiæ, *prope natale Stenbrohult, verſus Söra hagen, locis ſabuloſis.*

863 LYCOPODIUM ſpicis ſolitariis ſeſſilibus, foliis aculeato-ciliatis, capſulis tetraſpermis.

Lycopodium caule repente, ramis ſpica foliis patula inſtructis. *Fl. lapp.* 421

Selaginoides foliis ſpinoſis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 106. *Dill. muſc.* 460. *t.* 88. *f.* 1. *Hall. helv.* 94.

Muſcus terreſtris repens, clavis ſingularibus folioſis erectis. *Scheuch. it.* 43. *t.* 6. *f.* 1.

Habitat *in* Uplandia *ad templum Borſtel locis turfoſis, & Hambranger &c.*

Obſ. *Non capſulæ ternæ congeſtæ, ſed in alis inferioribus ſemper quatuor capſulæ coadunatæ, quarum par alterum inferius, alterum ſuperius eſt, ut ſi ad latus inſpiciantur ternatæ appareant, cum tamen quaternæ ſint; hæ dehiſcentes fundunt totidem ſemina magna ſolida. at in eodem caule, ſupra præcedentes capſulas tetraſpermas, aliæ reperiuntur magis flavæ, laxiores & omnino ſimplices ſeu rotundæ, quæ farinam, non vero ſemina fundunt; an itaque poſteriores mares, præcedentes fæminæ? quod ſi ſit, cur itaque fariniferæ non demittunt farinam antequam ſeminiferæ ſemina dejecere? an ergo ſeminiferæ pro bulbiferis habendæ?*

## SPHAGNUM.

864. SPHAGNUM ramis deflexis. *Fl. lapp.* 415.

Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis cymbiformibus. *Dill. muſc.* 240. *t.* 32. *f.* 1.
Sphagnum cauliferum & ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliolis latioribus. *Dill. giſſ.* 229. *Hall. helv.* 95.
Muſcus paluſtris in ericetis naſcens. *Pluk. phyt.* 101. *f.* 1. *Vaill. pariſ.* 139. *t.* 23. *f.* 3.
Muſcus paluſtris terreſtri ſimilis. *Scheuch. alp.* 43. *t.* 5. *f.* 2.
Muſcus paluſtris candidus baccifer. *Lind. wiksb.* 25.
Muſcus paluſtris mollis candidus rhangiferorum. *Brom. goth.* 69.
β Sphagnum paluſtre molle deflexum, ſquamis capillaceis. *Dill. muſc.* 243. *t.* 32. *f.* 2.
Sphagnum cauliferum & ramoſum paluſtre molle candicans, reflexis ramulis, foliolis anguſtioribus. *Dill. giſſ.* 229. *Hall. helv.* 96.
*Suecis* Rödmåſſa.
Habitat *in paludibus turfoſis, quas integras ſæpe tegit.*

865. SPHAGNUM caulibus ramoſis, foliis undique imbricatis capſulas obtegentibus.
Sphagnum ſubhirſutum obſcure virens, capſulis rubellis. *Dill. muſc.* 245. *t.* 32. *f.* 4.
Sphagnum cauliferum & ramoſum ſaxatile hirſutum vireſcens, capitulis obſcure rubris. *Dill. giſſ.* 229. *Hall. helv.* 96.
Muſcus apocarpos hirſutus ſaxis adnaſcens, capitulis obſcure rubris. *Raj. app.* 4. *n.* 10. *Vaill. pariſ.* 129. *t.* 21. *f.* 15.
β Sphagnum nodoſum hirſutum & incanum. *Dill. muſc.* 246. *t.* 32. *f.* 5.
Sphagnum cauliferum & ramoſum ſaxatile hirſutum incanum, capitulis virentibus. *Dill. giſſ.* 229. *Hall. helv.* 96.
Muſcus ſquamoſus ſaxatilis tortuoſus ac nodoſus. *Vaill. pariſ.* 123. *t.* 27. *f.* 18.
Habitat *in ſaxis & arboribus frequens.*

FON-

## FONTINALIS.

866. FONTINALIS foliis complicato-carinatis trifariis acutis, capſulis lateralibus.

Fontinalis triangularis major complicata e foliorum alis capſulifera. *Dill. muſc.* 254. *t.* 33. *f.* 1.

Fontinalis major, foliis triangularibus complicatis, capitulis in foliorum alis ſeſſilibus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 79. *Hall. helv.* 95.

Selago aquatica, foliis pellucidis acutis & complicatis cincta. *Dill. giſſ.* 230.

Muſcus ſquamoſus, foliis acutiſſimis, in aquis naſcens. *Vaill. pariſ.* 140. *t.* 33. *f.* 5.

Muſcus aquaticus terreſtri vulgari ſimilis, ſed major. *Buxb. cent.* 3. *p.* 39. *t.* 69. *f.* 2.

Muſcus aquaticus, viticulis longis minus ramoſis lucidis, foliis acutis triangularibus cinctis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 626. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 32.

Muſcus aquaticus denticulatis. *Loeſ. pruſſ.* 173. *t.* 52.

Habitat *in fluviis ad lapides & truncos paſſim.*

Obſ. *forte hæc ſit ſola varietas Hypni.*

867. FONTINALIS foliis lineari-ſetaceis.

Fontinalis capillacea, calycibus ſtili inſtar cuſpidatis. *Dill. muſc.* 260. *t.* 33. *f.* 5.

Fontinalis minor, foliis triangularibus minus complicatis. (R. S.) *Celſ. upſ.* 13.

Habitat *in* Geſtricia, *parœcia Hambrunge in fluvio prope templum. O. Celſius.*

## POLYTRICHUM.

868. POLYTRICHUM capſula parallelepipeda.

Polytrichum caule ſimplici. *Fl. lapp.* 395.

*α* Polytrichum quadrangulare vulgare, yuccæ foliis ſerratis. *Dill. muſc.* 420. *t.* 54. *f.* 1.

Polytrichum vulgare & majus, capſula quadrangulari. *Dill. giſſ.* 221. *Hall. helv.* 106.

Polytrichum ſcoparium. *Raj. hiſt.* 124.

Polytrichum aureum majus. *Bauh. pin.* 356.

Mu-

Muſcus ſcoparius. *Lob. ic. 2. p. 245.*
Muſcus erectus. *Tabern. hiſt. 2. p. 489. t. 808.*
Muſcus capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus, capitulo in calicem expanſo. *Vaill. pariſ. t. 23. f. 8.*
Muſcus capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus. *Tournef. inſt. 550. Buxb. cent. 1. p. 41. t. 64. f. 4.*
Muſcus juniperifolius, capitulo quadrangulo. *Vaill. pariſ. 131. t. 23. f 8.*

β Polytrichum quadrangulare, juniperi foliis brevioribus & rigidioribus. *Dill. muſc. 424. t. 54. f. 2.*
Polytrichum montanum & minus, capſula quadrangulari. *Dill. giſſ. 121.*
Polytrichum ſtellatum proliferum. *Celſ. upſ. 36.*
Muſcus capillaris, floribus in apice coccineis expanſis. *Buxb. cent. 1. p. 41. t. 62. f. 2.*
Polytrichum aureum medium. *Bauh. pin. 356.*
Muſcus capillaceus major, pediculo & capitulo craſſioribus, locis ſiccis proveniens. *Buxb. cent. 1. p. 42. t. 62.*
Muſcus erectus, juniperi folio glauco rigido, calyptra longiſſima. *Vaill. pariſ. 131. t. 23. f. 6.*
Muſcus coronatus humilis &c. *Moriſ. hiſt. 3. p. 630. ſ. 15. t. 7. f. 6. 8.*

γ Polytrichum quadrangulare minus, juniperi foliis piloſis. *Dill. muſc. 426. t. 54. f. 3.*
Muſcus, juniperi folio, roſeus prolifer. *Vaill. pariſ. 131. t. 23. f. 7.*
Muſcus capillaceus. *Buxb. cent. 1. t. 62. f. 3.*

*Suecis* Biörnmåſſa. *Geſtriciis* Guckulijn. *Sudermannis & Oſtrobothnis* Giök-råg.
Habitat α *locis uliginoſis ſpongioſis.* β *in montoſis ſubhumidis.* γ *in arenoſis ſicciſſimis frequens.*
Pharmac. Adianthi aurei *Herba.*

869.

869. POLYTRICHUM calyptra ſtriata ſurſumve piloſa.

*α* Polytrichum bryi ruralis facie, capſulis ſeſſilibus, majus. *Dill. muſc.* 430. *t.* 55. *f.* 8.

Polytrichum capſulis ſubrotundis pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum ramoſum majus. *Dill. giſſ.* 222. *Hall. helv.* 108.

Muſcus apocarpos arboreus ramoſus. *Raj. hiſt.* 40. *Vaill. pariſ.* 129. *t.* 25. *f.* 5. 6.

*β* Polytrichum bryi ruralis facie, capſulis ſeſſilibus, minus. *Dill. muſc.* 431. *t.* 55. *f.* 9.

Polytrichum capſulis ſubrotundis, pediculis breviſſimis inſidentibus, calyptra ſtriata, arboreum & terreſtre, minus ramoſum & breve. *Dill. giſſ.* 222. *Hall. helv.* 108.

Muſcus capillaceus minimus acaulos, calyptra ſtriata. *Vaill. pariſ.* 30. *t.* 27. *f.* 10.

Muſcus humilis tectorum ſubfuſcus, capitulis brevibus, pileolis erectis, pedunculis curtis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 629. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 13.

*γ* Polytrichum capſulis ſeſſilibus, foliis brevibus rectis carinatis. *Dill. muſc.* 432. *t.* 55. *f.* 10.

*δ* Polytrichum capillaceum criſpum, calyptris acutis piloſiſſimis. *Dill. muſc.* 433. *t.* 55. *f.* 11.

Polytrichum capſulis oblongo-rotundis, calyptris piloſiſſimis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 91. *Hall helv.* 108.

Adianthum aureum minimum, pediculis brevibus, foliis capillaceis. *Pet. muſ.* 25. *t.* 1. *f.* 25.

Muſcus capillaceus minimus, calyptra villoſa. *Vaill. pariſ.* 130. *t.* 27. *f.* 9.

Habitat *α. in arboribus variis. β. in muris, ſaxis, arboribus diſſitis. γ. in rupibus. δ. in ſylvis.*

870. POLYTRICHUM caule ramoſo, capſulis baſi deſtitutis apophyſi.

Polytrichum ramoſum, ſetis ex alis urnigeris. *Dill. muſc.* 427. *t.* 55. *f.* 5.

Muſcus erectus, juniperi folio, ramoſus. *Vaill. pariſ.* 131. *t.* 28. *f.* 13.

Ha-

Habitat Upſaliæ. *O. Celſius.*
Obſ. *Capſulæ maturæ nutantes ſunt.*

## HYPNUM.

871. HYPNUM ramis pinnatis, ramulis approximatis apicibus recurvis.
Hypnum ramulis plano-pinnatis, pinnis contiguis apicibus deflexis. *Fl. lapp.* 407.
Hypnum repens veluti compreſſum, plumam luteo-argenteam repræſentans. *Celſ. upſ.* 18.
Hypnum filicinum, criſtam caſtrenſem repræſentans. *Dill. muſc.* 284. *t.* 36. *f.* 20.
Muſcus terreſtris repens ſubflavus, foliolis criſpis minoribus, ramulisque denſius confertis. *Vaill. pariſ.* 141. *t.* 27. *f.* 14.
Muſcus pennatus major, caulibus ramoſis in ſummitate veluti ſpicatus. *Loeſ. pruſſ.* 167. *t.* 42.
Muſcus criſtam caſtrenſem repræſentans flaveſcens nemoroſus ramoſus caſſubicus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 8.
Habitat *in ſylvis aceroſis frequens paſſim.*

872. HYPNUM ramis proliferis plano-pinnatis. *Fl. lapp.* 405.
Hypnum filicinum, tamariſci foliis minoribus non ſplendentibus. *Dill. muſc.* 276. *t.* 35. *f.* 14.
Hypnum repens filicinum minus luteo-virens. *Dill. giſſ.* 217.
Hypnum repens filicinum pennatum. *Celſ. upſ.* 18.
Muſcus filicinus major. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 20. *Tourneſ. inſt.* 156. *t.* 326. *f.* C. *Vaill. pariſ.* 140. *t.* 25. *f.* 1. * *Buxb. cent.* 2. *p.* 2. *t.* 1. *f.* 2.
*Smolandis* Wåggmos. *Uplandis* Timmermoſſa.
Habitat *ubique in pratis ſterilibus ſiccioribus.*

873. HYPNUM ramis plano-pinnatis, continuata ſerie extenſis. *Fl. lapp.* 406.
Hypnum filicinum, tamariſci foliis majoribus ſplendentibus. *Dill. muſc.* 274. *t.* 35. *f.* 13.

Hy-

Hypnum repens filicinum veluti ſpicatum. *Dill. giſſ.* 217.
Muſcus filicinus major. *Buxb. cent.* 2. *p.* 2. *t.* 1. *f.* 2. *& p.* 3. *t.* 2. *f.* 1. *& cent.* 4. *t.* 28. *f.* 1. *& t.* 29. *f.* 1.
Habitat *in ſylvis & pratis ſiccis frequens.*

874. HYPNUM ramulis pinnatis teretiuſculis remotis inæqualibus. *Fl. lapp.* 408.
Hypnum luteſcens, aliis ſubulatis tenacibus. *Dill. muſc.* 280. *t.* 35. *f.* 17.
Hypnum repens filicinum trichodes montanum, ramis teretibus luteſcentibus non diviſis. *Dill. giſſ.* 218.
Muſcus pennatus minor, cauliculis ramoſis, in ſummitate velut ſpicatus. *Vaill. pariſ. t.* 29. *f.* 12.
Muſcus terreſtris, ſurculis filamentoſis tenacibus abietinis ſemel tantum diviſis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 626. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 22.
Muſcus pennatus minor, cauliculis ramoſis in ſummitate veluti ſpicatus. *Loeſ. pruſſ.* 167. *t.* 43.
Habitat *in ſylvis ſub abietibus paſſim.*

875. HYPNUM ramis pinnatis, ramulis diſtantibus, foliolis imbricatis incurvis acutis ſecundis.
Hypnum repens filicinum criſpum. *Dill. muſc.* 282. *t.* 26. *f.* 19. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 85. *Celſ. upſ.* 18.
Muſcus filiformis paluſtris. *Vaill. pariſ.* 138. *t.* 29. *f.* 9.
Muſcus paluſtris abietiformis, foliis reflexis. *Vaill. pariſ.* 141. *t.* 23. *f.* 12.
Habitat *in pratis humidiuſculis paſſim.*

876. HYPNUM ramis pinnato-ſparſis ſubulatis, foliis ovatis obtuſis conniventibus.
Hypnum ramis inæqualibus ſparſis, foliis ovatis imbricatis, capitulis obliquis. *Fl. lapp.* 410.
Hypnum cupreſſiforme vulgare, foliis obtuſis. *Dill. muſc.* 309. *t.* 40. *f.* 45.
Hypnum terreſtre erectum, ramulis teretibus, foliis inter rotunda & acuta medio modo ſe habentibus. *Dill. giſſ.* 220.

Mu-

Muſcus ſquamoſus cupreſſiformis. *Vaill. pariſ.* 138. *t.* 28. *f.* 3. *

Habitat *in paſcuis.*

877. HYPNUM ramis vagis teretibus, foliis ovatis acutis patulis, capſulis pendulis.

Hypnum dentatum curtipendulum, viticulis rigidis. *Dill. muſc.* 332. *t.* 43. *f.* 69.

Hypnum arboreum repens, capſulis reflexis, pediculis brevibus inſidentibus. *Dill. giſſ.* 220. *Celſ. upſ.* 18.

Habitat *ad radices arborum & truncos detruncatos.*

878. HYPNUM ramis vagis, foliis ovatis apice ſubulatis undique reflexis.

Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis, majus. *Dill. muſc.* 303. *t.* 39. *f.* 38. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 82.

Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis. *Dill. giſſ.* 219.

Muſcus terreſtris erectior, foliis reflexis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 2.

β Hypnum repens, triangularibus reflexis foliis, minus. *Dill. muſc.* 304. *t.* 39. *f.* 39. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 82.

Muſcus erectus, foliis reflexis. *Vaill. pariſ.* 139. *t.* 27. *f.* 5.

Muſcus paluſtris, foliolis reflexis cauliculos quinquangulos formantibus. *Buxb. cent.* 4. *p.* 38. *t.* 65. *f.* 1.

Habitat *in uliginoſis* Fahlunæ *& alibi.*

Obſ. *Rami in hoc undique ſquamoſi ſunt.*

879. HYPNUM caule erectiuſculo ſubramoſo, foliis ſecundis recurvatis ſubulatis, ramulis recurvatis.

Hypnum paluſtre erectum, ſummitatibus aduncis. *Dill. muſc.* 292. *t.* 37. *f.* 26.

Habitat *locis uliginoſis & pratis ſubhumidis* Fahlunæ *& alibi.*

880. HYPNUM caule ſubpinnato, foliis ſecundis recurvis apice ſubulatis.

Hypnum criſpum cupreſſiforme, foliis aduncis. *Dill. muſc.* 287. *t.* 37. *f.* 23.

Hy-

Hypnum repens criſpum cupreſſiforme (majus). *Dill. giſſ.* 217. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 89.

Muſcus ſquamoſus ramoſus minor & criſpus. *Vaill. pariſ.* 139. t. 27. *f.* 13.

Muſcus parvus criſpatis foliolis noſtras. *Pluk. phyt.* 417. *f.* 6.

Muſcus terreſtris aureus minor, flagellis clavisque brevioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 624. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 8.

β Hypnum repens criſpum cupreſſiforme minus, foliolis magis (& minus) confertis. *Dill. giſſ.* 217.

Hypnum repens trichodes arboreum, capitulis majuſculis oblongis erectis. *Dill. giſſ.* 216.

Habitat *in ſylvis ad radices arborum.*

881. HYPNUM ramis vagis recurvis, foliis ovatis rectis acutis patulis.

Hypnum ramis inæqualibus, foliis laxe imbricatis triangularibus acutis. *Fl. lapp.* 409.

Hypnum vulgare triangulum maximum & pallidum. *Dill. muſc.* 293. *t.* 38. *f.* 28.

Hypnum repens triangularibus majoribus (& pallidioribus) foliis. *Dill. giſſ.* 219. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 80. *Celſ. upſ.* 18.

Muſcus ramoſus major ſpermatophorus. *Vaill. pariſ.* 137. *t.* 28. *f.* 9.

Habitat *in ſylvis paſſim.*

882. HYPNUM caule repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, capitulis erectis. *Fl. lapp.* 412.

Hypnum vulgare ſericeum recurvum, capſulis erectis cuſpidatis. *Dill. muſc.* 323. *t.* 42. *f.* 59.

Hypnum repens trichodes terreſtre luteo-virens vulgare majus, capitulis erectis. *Dill. giſſ.* 215.

Muſcus terreſtris luteo-viridis ſericeus repens. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 626. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 25.

Habitat *in muris, truncis, terra.*

883. HYPNUM caule repente, ramis confertis erectis, foliis ſubulatis, capitulis ſubnutantibus.

Hypnum repens trichodes terreſtre viridius minus, capitulis tumidioribus cernuis. *Dill. giſſ.* 216. *app.* 85. *t.* 1. *Celſ. upſ.* 17.

Hypnum velutinum, capſulis ovatis cernuis. *Dill. muſc.* 326. *t.* 42. *f.* 61.

Muſcus ſquamoſus ramoſus tenuior, capitulis incurvis. *Vaill. pariſ.* 138. *t.* 26. *f.* 9.

Muſcus terreſtris minor omnium vulgatiſſimus. *Buxb. cent.* 4. *p.* 35. *t.* 62. *f.* 2.

Muſcus terreſtris vulgaris minor, adianthi aurei capitulis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 625.

β Hypnum repens trichodes terreſtre minimum & breve, capitulis tumidioribus & cernuis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 84. *Celſ. upſ.* 17.

Muſcus terreſtris vulgaris minor, adianthi aurei capitulis. *Buxb. cent.* 4. *p.* 35. *t.* 62. *f.* 3.

Habitat *ad arborum radices locis umbroſis.*

884. HYPNUM ramis vagis apice foliis convolutis acuminatis.

Hypnum paluſtre extremitatibus cuſpidatis & pungentibus. *Dill. muſc.* 300. *t.* 39. *f.* 34.

Hypnum repens paluſtre, foliis triangularibus per caules expanſis extremitatibus convolutis & acuminatis. *Dill. giſſ.* 219. *Celſ. upſ.* 18.

Muſcus ſaxatilis repens, coma ſparſa. *Buxb. cent.* 2. *p.* 6. *t.* 3. *f.* 1. 2. 3. 4.

Habitat *in paludibus muſcoſis.*

885. HYPNUM foliis lanceolatis alternis remotis.

Hypnum erectum aut fluitans, foliis oblongis peranguſtis acutis. *Dill. muſc.* 299. *t.* 38. *f.* 33. *giſſ.* 219. *Celſ. upſ.* 18.

Muſcus fluitans foliis & flagellis longis tenuibusque. *Vaill. pariſ.* 139. *t.* 33. *f.* 6.

Habitat *in foſſis.*

Obſ. *Videtur varietas alius cujusdam Hypni ab aqua mutati; forte* Fontinalis; *nec enim nobis viſa capitula, nec Celſio.*

886.

886. HYPNUM caule erecto, ramis faſciculatis terminatricibus ſimpliciuſculis, capſulis erectis.
Hypnum caule erecto, ſuperne undique ramoſa. *Fl. lapp.* 411.
Hypnum dendroides ſericeum, ſetis & capſulis longioribus erectis. *Dill. muſc.* 313. *t.* 40. *f.* 48.
Hypnum erectum arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis confertim naſcentibus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 81. *Celſ. upſ.* 18.
Muſcus ſquamoſus ramoſus erectus alopecuroides. *Tournef. inſt.* 554. *t.* 326. *f. B. Vaill. pariſ.* 137. *t.* 26. *f.* 6.
Muſcus dendroides elatior, ramulis crebris minus ſurculoſis, capitulis pedunculis brevibus inſidentibus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 626. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 31.
Habitat *ubique in pratis & ſylvis ſubhumidis.*

887. HYPNUM caule erecto, ramis faſciculatis terminatricibus ſubdiviſis, capſulis ſubnutantibus.
Hypnum dendroides obſcurius, ſetis & capſulis brevioribus nutantibus. *Dill. muſc.* 315. *t.* 41. *f.* 49.
Hypnum paluſtre erectum, arbuſculam referens, ramulis ſubrotundis. *Dill. giſſ.* 220. *Celſ. upſ.* 18.
Muſcus ſquamoſus alopecuroides, flagellis recurvis. *Vaill. pariſ.* 137. *t.* 23. *f.* 5.
Muſcus dendroides ſylvarum erectus, ramulis Kali æmulis, radice repente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 626. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 30.
Habitat *in ſylvis humidis.*
Obſ. *Folia caulina in hoc patula, in præcedenti clauſa.*

## BRYUM.

888. BRYUM capſulis erectis ſphæricis.
Bryum caule erecto, foliis ſetaceis, capitulis globoſis. *Fl. lapp.* 400.
Bryum capillaceum, capſulis ſphæricis. *Dill. muſc.* 379. *t.* 44. *f.* 1.
Bryum trichodes vireſcens, erectis majuſculis capitu-

tulis maliformibus. *Dill. giſſ.* 224. *Hall. helv.* 168. *Celſ. upſ.* 4.

Muſcus trichodes minimus ſericeus capillaceus, capitulis ſphæricis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 6. *Vaill. pariſ.* 129. *t.* 24. *f.* 9. 12.

β Bryum alpinum viridiſſimum & majus, capitulis craſſiſſimis. *Hall. helv.* 109. *t.* 3. *f.* 7.

Habitat *paſſim in monticulorum præruptis.*

889. BRYUM capſulis erectis ſubrotundis, operculo mucronato.

Bryum exiguum, creberrimis capſulis rufis. *Dill. muſc.* 347. *t.* 45. *f.* 7.

Bryum exiguum erectis parvis, ſubrotundis creberrimis capitulis rufis, foliolis ſerpilli anguſtis pellucidis. *Dill. giſſ.* 223.

Bryum minimum, foliis brevibus & latioribus. *Celſ. upſ.* 5.

Muſcus capillaceus omnium minimus. *Vaill. pariſ.* 130. *t.* 26. *f.* 2.

Muſcus capillaris, capitulis rotundis, anguſtifolius. *Buxb. cent.* 2. *p.* 6. *t.* 2. *f.* 7.

Muſcus coronatus minimus, foliolis & capitulis oblongis in pediculis breviſſimis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 631. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 18.

β Bryum parvum, erectis ſubrotundis majuſculis capitulis ſubfuſcis, foliis ſerpylli pellucidis. *Dill. giſſ.* 223.

Muſcus ſtellaris minimus, pediculo breviſſimo, capitulis turgidis. *Buxb. cent.* 2. *p.* 4. *t.* 2. *f.* 2.

Habitat Upſaliæ *in ſepibus & nemoribus.*

890. BRYUM capſulis erectis turbinato-ovatis, operculo obtuſiuſculo.

Bryum ſerpillifolium pellucidum, capſulis pyriformibus. *Dill. muſc.* 345. *t.* 44. *f.* 6.

Bryum parvum, erectis piriformibus majuſculis capitulis, foliolis ſerpilli pellucidis. *Dill. giſſ.* 223. *Celſ. upſ.* 4.

Muſcus capillaceus minimus, capitulis pyriformibus turgidis. *Vaill. pariſ.* 129. *t.* 29. *f.* 3.

Muſcus minimus latifolius, capitulis erectis turgidis. *Buxb. cent.* 1. *p.* 44. *t.* 61. *f.* 1.
Muſcus coronatus humilis ſtellaris, foliis latiuſculis, capitulis piriformibus erectis turgidiuſculis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 631. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 16.
Habitat *rarius in pratis.*

891. BRYUM capſula erecta oblonga minore calyptris laxis æqualibus.
Bryum calyptra extinctorii figura minus. *Dill. muſc.* 349. *t.* 45. *f.* 8.
Bryum erectis capitulis, calyptra laxa conica, foliis ſerpylli pellucidis anguſtioribus. *Dill. giſſ.* 223. *Celſ. upſ.* 3.
Muſcus capillaceus minimus, calyptra longa conoidea nitida. *T. Vaill. pariſ.* 137. *t.* 26. *f.* 1.
Muſcus coronatus humilis tenuifolius, petiolo magno acuto infra aperto, extinctorium referente. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 630. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 12.
Muſcus capillaris minimus cucullatus. *Magn. hort.* 139. *t.* 82.
β Bryum calyptra extinctorii figura, majus & ramoſum. *Dill. muſc.* 350. *t.* 45. *f.* 9.
Bryum erectis longis & obtuſis capitulis, calyptra laxa conica, foliis ſerpylli pellucidis latioribus. *Dill. giſſ.* 223.
Habitat *in arenoſis.*

892. BRYUM capſulis erectis, foliis ſetaceis, pedunculis flexuoſis.
Bryum piloſum molle, ſetis intortis. *Dill. muſc.* 373. *t.* 47. *f.* 33.
Bryum trichodes, capitulis erectis, pediculis intortis tenuibus viridibus. *Dill. giſſ.* 225. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 79. *Celſ. upſ.* 4.
Muſcus trichodes, pediculo contorto. *Raj. app.* 38.
Habitat *in ſylvis.*

893. BRYUM capſulis erectis ovatis, foliis lanceolatis acuminatis imbricato-patulis.
Bryum minimum, foliis longioribus & anguſtioribus. *Celſ. upſ.* 13.
Bryum capillaceum breve, pallide & læte virens, capſulis ovatis. *Dill. muſc.* 380. *t.* 48. *f.* 43.
Bryum trichodes exile, erectis capitulis in pedunculis breviſſimis. *Dill. giſſ.* 224.
Muſcus capillaceus omnium minimus, foliolis longioribus & anguſtioribus. *Vaill. pariſ.* 130. *t.* 29. *f.* 5.
Habitat *in agris tempore meſſis frequens* Upſaliæ.

894. BRYUM capſulis erectis, caule erecto, ramis lateralibus brevibus fertilibus. *Fl. lapp.* 396.
Bryum hypnoides polycephalon lanuginoſum montanum. *Dill. muſc.* 372. *t.* 47. *f.* 32.
Bryum hypnoides, capitulis plurimis erectis, lanuginoſum. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 97. *Celſ. upſ.* 4.
Muſcus alpinus ramoſior erectus, flagellis brevioribus, lanuginoſus. *Pluk. alm.* 255. *t.* 47. *f.* 5.
Muſcus terreſtri vulgari ſimilis lanuginoſus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 625. *ſ.* 15. *t.* 5. *f.* 7.
β Bryum hypnoides, hirſutie caneſcens, vulgare. *Dill. muſc.* 368. *t.* 47. *f.* 27.
Bryum trichodes, erectis capitulis, lanuginoſum. *Dill. giſſ.* 224.
Muſcus foliis plurimis reflexis ex uno puncto confertis. *Vaill. pariſ. t.* 26. *f.* 14.
γ Bryum hypnoides hirſutie vireſcens faſciculare alpinum. *Dill. muſc.* 370. *t.* 47. *f.* 28.
δ Bryum hypnoides alpinum, ſetis & capſulis exiguis. *Dill. muſc.* 370. *t.* 47. *f.* 29.
ε Bryum hypnoides alpinum, operculis obtuſis. *Dill. muſc.* 371. *t.* 47. *f.* 30.
ζ Bryum hypnoides ericæ facie, capſulis barbatis alpinum. *Dill. muſc.* 371. *t.* 47. *f.* 31.
Habitat *in ſylvarum petris, ſaxis, ſabulo.*

895. BRYUM capſula erecta, foliis ſetaceis ſecundis.

Bry-

Bryum heteromallum. *Dill. muſc.* 375. *t.* 47. *f.* 37.

Bryum trichodes, reclinatis cauliculis, capitulis erectis acutis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 96.

Muſcus capillaceus, foliis unam partem ſpectantibus. *Vaill. pariſ.* 132. *t.* 27. *f.* 7.

Muſcus capillaris, capitulis tenuiſſimis erectis. *Buxb. cent.* 2. *p.* 6. *t.* 2. *f.* 8.

Muſcus trichodes, foliis capillaceis, capitulis minoribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 5. 7.

Habitat *in ericetis & campis junipero obſitis.*

Obſ. *Folia in hoc ſetacea, longiora quam in ulla alia ſpecie noſtrate.*

896. **BRYUM** capſula erectiuſcula oblonga, caulium diviſuris peduncuIiferis ſummitatibus ſtellatis, foliis carinatis.

Bryum tenue ſtellatum, ſetis purpureis. *Dill. muſc.* 386. *t.* 49. *f.* 51.

Bryum perangustis foliis & cauliculis, foliis crebrioribus & circa ſummitates magis congeſtis, capitulis erectis e ſurculis annotinis egredientibus, pedunculis purpureis. *Dill. giſſ.* 226.

Muſcus trichodes parvus, foliis muſci vulgaris, capitulis longis acutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 4. 16.

Habitat *in pratis menſe Majo vulgatiſſimum* Upſaliæ.

Obſ. *Forte Dillenii* Bryum 48. *hujus varietas eſt, forte &* 44. 47. 50. 52.

897. **BRYUM** capſulis erectiuſculis, foliis ſetaceis imberbibus, ſiccitate retorquentibus.

Bryum cirratum, ſetis & capſulis longioribus. *Dill. muſc.* 377. *t.* 48. *f.* 40.

Bryum trichodes longifolium, craſſiuſculis cauliculis, capitulis erectis aduncis acutis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 98.

Muſcus alpinus cirrhoſus ſeu crinium tortorum inſtar criſpatus. *Scheuch. alp.* 65. *t.* 19. *f.* 15.

Muſcus helveticus trichodes criſpatus. *Pet. gaz.* 159. *t.* 65. *f.* 8.

Habitat *circa* Upſaliam.

Obſ. *Folia per ſiccitatem criſpantur induuntque colorem obſcurum.*

898. BRYUM capſulis erectiuſculis, pedunculis aggregatis, foliis ſecundis recurvatis, caule declinato.

Bryum caule inclinato, foliis arrectis ſubulatis, capitulis erectiuſculis. *Fl. lapp.* 398.

Bryum reclinatum, foliis falcatis ſcoparum effigie. *Dill. muſc.* 357. *t.* 46. *f.* 16.

Bryum erectis capitulis, anguſtifolium, caule reclinato. *Dill. giſſ.* 222. *Celſ. upſ.* 4.

Hypnum erectum luteo-viride, foliis uno verſu diſpoſitis. *Hall. helv.* 103.

Muſcus capillaceus major, pediculo & capitulo tenuioribus. *Vaill. pariſ.* 132. *t.* 28. *f.* 12.

Muſcus capillaceus, foliis pallidis, pediculis pluribus ex communi theca egredientibus. *Buxb. cent.* 2. *p.* 8. *t.* 4. *f.* 1. 4.

Muſcus coronatus medius, foliis tenuiſſimis pallidis longioribus, capitulis erectis acutis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 630. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 11.

Habitat *in ericetis & ſylvis ad ſtipites arborumque putridarum truncos.*

899. BRYUM capſulis erectiuſculis, pedunculis ſubſolitariis, foliis lanceolatis carinatis undulatis patentibus ſerratis.

Bryum phyllitidis folio rugoſo acuto, capſulis incurvis. *Dill. muſc.* 360. *t.* 46. *f.* 18.

Bryum erectis capitulis oblongis rubentibus, foliis oblongis anguſtis pellucidis rugoſis. *Dill. giſſ.* 222. *Celſ. upſ.* 4.

Muſcus erectus, linariæ folio, major. *Vaill. pariſ.* 132. *t.* 26. *f.* 17.

Habitat *in arvis inter gramina* Fahlunæ *& alibi frequens.*

900. BRYUM capſulis erectiuſculis, foliis piliferis recurvis.

Bry-

Bryum caule erecto, foliis reflexis ſeta terminatis, capitulis falcatis. *Fl. lapp.* 397.

Bryum rurale unguiculatum hirſutum elatius & ramoſius. *Dill. muſc.* 352. *t.* 45. *f.* 12.

Bryum (majus) erectis falcatis capitulis (trichodes) foliis latiuſculis extantibus in pilum caneſcentem deſinentibus. *Dill. giſſ.* 224. *app.* 85. *t.* 2. *A--E. Raj. ſyn.* 3. *p.* 94.

Muſcus capillaris tectorum denſis ceſpitibus naſcens, capitulis oblongis, foliis in pilum oblongum deſinentibus. *Vaill. pariſ.* 133. *t.* 25. *f.* 3.

Muſcus erectus hirſutus, capitulis longis acutis unguiculis avicularum ſimilibus, vulgatiſſimus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 2.

Habitat *in truncis, muris, frequentiſſimum in ruſticorum tectis.*

901. BRYUM capſulis nutantibus, foliis ſubovatis obtuſis pellucidis punctatis, caulibus ſterilibus procumbentibus pedunculis aggregatis.

Bryum caule procumbente, foliis alternis ovatis pelucidis. *Fl. lapp.* 404.

α Bryum pendulum, ſerpili folio rotundiore pellucido, capſulis ovatis. *Dill. muſc.* 416. *t.* 53. *f.* 81.

Bryum nitidum, ſerpili rotundis & latioribus foliis pellucidis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 103. *Celſ. upſ.* 5.

β Bryum nitidum, foliis ſerpylli pellucidis rotundis, capitulis cernuis majuſculis e cauliculis veteribus egredientibus. *Dill. giſſ.* 227.

Muſcus folio lato ſubrotundo, capitulo ſingulari nutante, pediculo longo ſubrubente inſidente. *Vaill. pariſ.* 136. *t.* 26. *f.* 5.

Muſcus polytrichodes humilior, foliis latis ſubrotundis. *Pluk. alm.* 247. *t.* 45. *f.* 7.

Muſcus polytrichodes paluſtris major, ſerpilli latioris folio pellucido. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 627. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 39. 40.

Habitat *ad rivulos & in pratis humidis ubique.*

902. BRYUM capitulis nutantibus turbinatis, foliis enſiformibus nitidis.

Bryum trichodes aureum, capitulis pyriformibus nutantibus. *Dill. muſc.* 391. *t.* 50. *f.* 6.

Habitat Upſaliæ. *O. Celſius.*

Obſ. *Pulcherrime nitens; folia e viridi aurea.*

903. BRYUM capſula nutante turbinato-ovata, calyptra reflexa quadrangulari.

Bryum bulbiforme aureum, calyptra quadrangulari, capſulis pyriformibus nutantibus. *Dill. muſc.* 407. *t.* 52. *f.* 75.

Bryum aureum, capitulis reflexis pyriformibus, calyptra quadrangulari, foliis in bulbiformam congeſtis. *Dill. giſſ.* 227.

Muſcus foliis ſcutellatis, capitulo piriformi nutante. *Vaill. pariſ.* 135. *t.* 26. *f.* 16.

Muſcus coronatus minor, foliolis latiuſculis ad caulem convolutis, capitulis cernuis & obtuſis aureis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 631. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 17.

Polytrichum apuleji minus. *Fuchſ. hiſt.* 629. *ic.* 361.

Habitat *in ſylvarum apricis denudatis & præuſtis.*

Obſ. *Hujus ſetæ ſive pedunculi exſucci* hygrometrum *præbent, ſi digitus humidus ducatur per ſetam ad dimidium longitudinis reflectitur hinc capſula, ſi vero a capſula ducatur ad medium, retorquetur eadem.*

904. BRYUM capſulis ſubrotundis, pedunculis reflexis, foliis piliferis.

Bryum foliis ſetaceis, pedunculo reflexo, capitulis ſubrotundis. *Fl. lapp.* 401.

Bryum orbiculare pulvinatum, hirſutie caneſcens, capſulis immerſis. *Dill. muſc.* 395. *t.* 50. *f.* 65.

Bryum trichodes hirſutie caneſcens, capitulis ſubrotundis reflexis in perbrevibus pediculis. *Dill. giſſ.* 226. *Celſ. upſ.* 4.

Muſcus idem. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 629. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 21.

Muſcus capillaceus lanuginoſus minimus. T. *Vaill. pariſ.* 133. *t.* 29. *f.* 2.

Mu-

Muſcus capitulo inflexo pene acaulos. *Pet. gaz.* 127. *t.* 95. *f.* 15.
Habitat *in muris & montibus.*

905. BRYUM capſulis pendulis, foliis lanceolatis acuminato-ſetaceis, pedunculis longiſſimis.
Bryum pendulum ovatum cæſpiticium & piloſum, ſeta bicolori. *Dill. muſc.* 396. *t.* 50. *f.* 66.
Bryum foliis ſubulatis, pedunculo longiſſimo, capitulo reflexo. *Fl. lapp.* 402.
Bryum trichodes, capitulis reflexis, pediculis ima medietate rubris, ſumma luteo-viridibus. *Dill. giſſ.* 226. *Celſ. upſ.* 4.
Muſcus trichodes, capitulo parvo reflexo, pediculo ima medietate rubro, ſumma luteo-viridi. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 629. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 15.
Muſcus capillaceus minimus, capitulo nutante, pediculo purpureo. *Vaill. pariſ.* 134. *t.* 29. *f.* 7.
Habitat *in tectis, muris, glareoſis.*

906. BRYUM capſulis pendulis, foliis ovatis ſetiferis carinatis, pedunculis longiſſimis.
Bryum foliis latiuſculis congeſtis, capſulis longis nutantibus. *Dill. muſc.* 398. *t.* 50. *f* 67.
Bryum capitulis reflexis, foliolis latiuſculis congeſtis. *Dill. giſſ.* 227.
Muſcus capillaceus major, capitulis craſſioribus cylindraceis nutantibus. *Vaill. pariſ.* 134. *t.* 24. *f.* 6.
Muſcus capillaris, foliis latiuſculis congeſtis, capitulis longis reflexis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 629. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 19.
Muſcus capillaris, folio longiore, capſula oblonga incurva. *Magn. hort.* 138. *t.* 138.
Muſcus capillaris, foliis anguſtis, capitulis reflexis longioribus (& longiſſimis). *Buxb. cent.* 1. *p.* 44. *t.* 63. *f.* 4. & *cent.* 2. *p.* 9. *t.* 4. *f.* 3.
Habitat *cum præcedente frequens, cui valde affinis.*

907. BRYUM capſulis pendulis, foliis ſubulatis acutis integerrimis, caule ſimpliciſſimo. Bry-

Bryum pendulum hornum molle, foliis & lanceolatis & gramineis. *Dill. muſc.* 401. *t.* 51. *f.* 70.

β Bryum nitidum, capitulis reflexis, calyptra ſurſum vergente, præaltis pediculis e cauliculis novis egredientibus. *Dill. giſſ.* 227. *Celſ. upſ.* 5.

Habitat *locis udis.*

Obſ. *Folia viridia, ſericea fere; pedunculi longi, rubri.*

908. BRYUM capſulis pendulis ſubgloboſis, foliis acutis alternis.

Bryum lanceolatum pellucidum, capſulis ſubrotundis pendulis carneis. *Dill. muſc.* 400. *t.* 50. *f.* 69.

Bryum nitidum, foliis ſerpilli pellucidis anguſtioribus, reflexis capitulis ſubrotundis carnei coloris in pediculis brevioribus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 102. *Celſ. upſ.* 5.

Muſcus ſtellaris humilis, capitulis pendulis. *Buxb. cent.* 2. *p.* 5. *t.* 2. *f.* 6.

β Bryum nitidum, peranguſtis ſerpillinis foliis reflexis, capitulis ſubrotundis virentibus, longioribus pediculis inſidentibus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 102.

Habitat *in udis.*

909. BRYUM capſulis pendulis, ſurculis cylindricis imbricato-levibus.

Bryum pendulum julaceum argenteum & ſericeum. *Dill. muſc.* 392. *t.* 50. *f.* 62.

Bryum capitulis ſubrotundis reflexis, cauliculis teretibus argenteis. *Dill. giſſ.* 226. *Celſ. upſ.* 5.

Muſcus ſquamoſus argenteus ericæ folio. *Vaill. pariſ.* 134. *t.* 26. *f.* 3.

Muſcus minimus e viridi argenteus, capitulis oblongis cernuis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 627. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 17.

β Bryum pendulum, ſurculis teretibus viridibus. *Dill. muſc.* 394. *t.* 50. *f.* 63.

Bryum trichodes, capitulis reflexis, viridiſſimum holoſericeum. *Dill. giſſ.* 226. *app.* 86. *t.* 2. *f.* F.

Habitat *in tectis, muris & petris frequens.*

## MNIUM.

910. MNIUM, caule ramoſo, androgynum.

Mni-

Mnium peranguſtis & brevibus foliis. *Dill. giſſ.* 214. *gen.* 84. *t.* 1. *f. A. muſc.* 230. *t.* 31. *f.* 1.

Muſcoides: muſcus capillaceus minimus, capitulo minimo pulverulento. *Vaill. pariſ. t.* 29. *f.* 6.

Muſcus trichoides parvus, capitulo glomerato ſive botryoide. *Mich. gen.* 108. *t.* 59. *f.* 8 *H. K.*

Muſcus coronatus minimus, foliolis, pediculis & capitulis minimis erectis. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 631. *ſ.* 15. *t.* 7. *f.* 20.

Muſci parvi elegans ſpecies in truncis arborum. *Buxb. act.* 3. *p.* 273. *t.* 14. *f.* 2.

Habitat *in umbroſis ſylvis, uti* Upſaliæ *in ſylva regia.*

911. MNIUM caule ſimplici, foliis ovatis.

Mnium ſerpilli foliis tenuibus pellucidis. *Dill. muſc.* 232. *t.* 31. *f.* 2.

Mnium minus non ramoſum, anguſtioribus & pellucidis foliis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 78.

β Mnium minimum non ramoſum anguſtiſſimis & pellucidis foliis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 78.

Muſcus coronatus minimus, capillaceis foliis, capitulis oblongis. *Vaill. pariſ.* 130. *t.* 24. *f.* 7.

Habitat *in paſcuis frequens locis umbroſis ſive humentibus.*

912. MNIUM caule dichotomo, foliis ſubulatis. *Fl. lapp.* 413.

Mnium majus, ramis longioribus bifurcatis. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 78. *Dill. muſc.* 233. *t.* 31. *f.* 3.

Hypnum paluſtre erectum brevius, ramis longioribus, foliis anguſtioribus. *Dill. giſſ.* 219.

Muſcus paluſtris erectus flaveſcens, capillaceo folio. *Vaill. pariſ.* 135. *t.* 24. *f.* 1.

Muſcus ſtellaris ramoſus paluſtris, pediculo aureo erecto, capitulo magno ſphærico. *Buxb. cent.* 1. *p.* 45. *t.* 65. *f.* 1. 2. 3. 4.

Muſcus paluſtris, flagellis erectis luteolis raro diviſis, capitulis oblongis adianthi. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 629. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 9.

Habitat *ubique in paludibus graminoſis.*

913. MNIUM caule ſimplici geniculis inflexo. *Fl. lapp.* 414.

Bryum paluſtre, ſcapis teretibus ſtellatis, capſulis magnis ſubrotundis. *Dill. muſc.* 340. *t.* 44. *f.* 2.

Hypnum paluſtre erectum trichodes, ramulis teretibus elegantibus, majus. *Dill. giſſ.* 220.

Muſcus capillaceus tenuiſſimus, pediculo longiſſimo purpuraſcente, capitulo rotundiore. T. *Vaill. pariſ.* 134. *t.* 24. *f.* 10.

Muſcus trichodes paluſtris erectus coronatus, capitulis ſphæricis amplioribus. *Moriſ. hiſt.* 3. *p.* 628. *ſ.* 15. *t.* 6. *f.* 8.

Muſcus parvus ſtellaris. *Pluk. alm.* 255. *t.* 47. *f.* 6.

Habitat *ad fontes minus frequens.*

914. MNIUM caule procumbente ſubſimplici, foliis imbricatis integerrimis alternis antice appendiculatis.

Jungermannia alpina paluſtris purpurea cambrica, foliis rotundioribus auritis tenuiſſime denticulatis. *Mich. gen.* 6. *t.* 5. *f.* 16.

Lichenaſtrum alpinum purpureum, foliis auritis & cochleariformibus. *Dill. muſc.* 479. *t.* 69. *f.* 1.

Lichenaſtrum trichomanis facie prælongum, foliis concavis unam partem ſpectantibus. *Raj. ſyn.* 3. *p.* 112.

Muſcus trichomanoides purpureus, alpinis rivulis innaſcens. *Raj. app.* 47.

Habitat Fahlunæ *frequens in ſubhumidis.*

Obſ. *Plantam determino ex* Dillenio, *quem reliqui ſequuntur. floret octobri. Mares ſolos vidi. Folia alterna, pellucida, ſubovata, glabra, amplexicaulia; antice acuta: foliolo vel auricula conſimili valde parva inſtructa.*

# ALGÆ.

## JUNGERMANNIA.

915. JUNGERMANNIA ſurculis lanceolatis pinnatis ſubramoſis planis.

Jun-

Jungermannia paluſtris minima repens, foliis ſubrotundis denſiſſimis læte viridibus. *Mich. gen.* 8. *t.* 5. *f.* 6. & 7.
Lichenaſtrum trichomanis facie minus ab extremitate florens. *Dill. muſc.* 486. *t.* 70. *f.* 10.
